alieni facinoris teneamur adstrici, eees oris nostri bucina ad aures omnium personamus neque se deinceps excusabit non monitum, qui quid sequi debeat tam verbis quam litteris edocetur. Sed sicut nos incessabiliter dicere, ita vos decet libenter audire, ut nec nos semen in spinosa segetem videamur effundere nec vos patiamini sterelis agri culpa dampnare. Sed commune sit gaudium, quod a nobis panditur et a vobis impletur, ut, cum Dominus universae messis advenerit, et terra de fecunditate et mereatur agricultura gloriari de fruge. Itaque, filii karissimi, qui estis partus divinae gratiae, beatae fructus ecclesiae, regeneratio baptismi, possessio caeli, membra Christi, redhibitio regni, vestra palma, nobis corona, salubri admonitione opportunum duximus admonere, quoniam 10 peccatorum nostrorum in praeceps mole crescente videtur clavis gravissimae necessitas immixtum nec alibi refugium invenire, nisi ad illius praecepta recurrere, qui vitam nostram sua morte voluit reparare, ut, si qui ex vobis sunt in sponsali pactione divineti nec adhuc in matrimonii foedore copulati, nuptiarum suarum etsi definitum iam tempus sit, licet apostolo vota nuptialis permittente, nos tamen consilium dantes hortamur, ut iusto moderamine debeat ad praesens differre, dupli conditione compulsi, ut aut ira Domini per castigationem corporis et sinceritatem cordis oratione assidua valeat mitigari et, cum tranquillitas obtinere meruerit, tunc sine suspicione interitus possint vota celebrari festiva, aut certe, si hoc ille de nobis placuerit qui condidit, ut quoscumque iusserit de corpore cogantur migrare, vel sit iustae consolationis cantela, ut 20 anima de saeculo non abripiatur immunda nec gravior esse incipiat mors futura, quam erat praesenti de funere, si postmodum pro crimine non poena saeviret; nam istud admitteretur facilime, si nos post casum requies invitaret.

Illud vero instantissime commonemus, ut Abrahac documenta sequentes decimas ex omni facultate non pigate Deo pro reliquis, quae possidetis, conservandis offerre, ne sibi ipse inopiam generet, qui parva non tribuit, ut plura retentet. Et quod dicendum est verius, suum persolvat pretium, ne se trahi videat peccato dominante captivum, quia certe ulterius mercatorem suae creationis non invenit, qui hic redemptori resistit, cuius vox satis intonat dicens: *Eleemosyna extinguit peccatum;* item: *Date eleemosynam et omnia vobis munda erunt.* Quare autem illi de suis non offeras, quod, cum dare videris, non amittas? Faciat se unusquisque de rebus alienis gratuitum, ne, cum nihil habeat proprium, nec aliud praeparet inimicum. Ergo si quis in Abrahac conlocari vult gremio, eiusdem non repugnet exemplo et solvat eleemosynae pretium, quisquis optat regnare cum Christo¹.

Ecol. 3, ss.
Luc. 11, 41.

Illud etiam repetita voce monentes hortamur, ut, si quis alterius caritatis offendit

35 1 alieni] *Sirm.*, aliena *OG* horis *G* 2 excusavit *G* qui quid *scriptimus*, quicquid *OG*, qui quid *Sirm.* 3 dicere] *Sirm.*, om. *OG* decet] docet *G* 4 segite *G* vos om. *G* 5 mensis *O* agricolae *G* 6 partus] *Sirm.*, partis *OG* 7 partus] *Sirm.*, requibitio *OG* 8 redhibitio] *Sirm.*, requibitio *OG* 9 vestra] *Sirm.*, vestrae *OG* 10 claudia *O* 11 nec] *Sirm.*, om. *OG* alibi] *O*, alium *G* 12 devincti *G* 13 copulati *G* 14 apostolo vota] *Sirm.*, à post holochastae (h-stam) *OG* 15 differre] *Sirm.*, deferre *OG* 16 iram *G* assidua *scriptimus*, assiduas *OG* 17 mitigari] *Sirm.*, mittere *OG* 18 inde a rr. placuerit qui condidit usque ad rr. reliquo perdere (*p. sq. r. 10*) a codicibus nostris deserimur; *textus omissi loco habent haec:* Item de eos (*eo G*) quoque, qui de (*om. G*) ecclesiis ad alias (*alias G*) ecclesiis (*ecclesiæ G*) migraverint, tamdui a communione habeantur alieni, quamdui ad eadem redierint civitatis, in quibus primitus 45 sunt instituti. (*Canones eiusdem vel similis argumenti in antiquis conciliis saepe inveniuntur.*) Redidimus igitur deficientibus codicibus textum illum, quem *Sirmoudus* ec libro manu scripto nobis ignoto in lucem protulit.

1) Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 1.

LL. Concilia.

sam, quod absit, incurrit, odium vice mutua relaxantes in amplexu verae concordiae festinent iam celerime convenire. Quid enim in vacuum dimitti sibi peccatum desiderat, qui inimici delicta dimittere non exoptat, cum prima sit eleemosyna non quaerere de peccante vindictam; sed contra reddere beneficia pro querela?

Et licet superius dictum sit ad exemplum Abrahae decimas offerri debere, at tamen propter cladem, quae imminet, hortamur, ut etiam unusquisque de suis mancipiis decimas persolvere non recuset¹, quia dicitur in illa infirmitate ad divisionem nescio quam venire personas, quasi novem auferat, decimam ut relinquat. Unde satis congruet cum mercede animae unum solvere, ut novem non possit amittere, quam cum peccati crimen et reliquos perdero et, quem dare noluit, non habere. Quod si mancipia non sint et fuerint aliqui habentes binos aut ternos filios, per unumquemque singulos tremissis in episcopi manu contradat aut, quem suo loco pontifex elegerit, adsignare non dilatet, quod possit in captivorum redemptione conferre, ut, cum sic agitur, et presentes irae remotio et mercis proficiat in futuro².

Si qui vero incesta se coniunctione visi sunt copulasse, in quantum ratio admittit, hortamur etiam et pro salute vestra rogamus, ut iuxta canonum statuta usque ad maiorem synodus separantur, ne, si voluntate implere distulerint, caelesti, quod absit, facere incipient ultiōnem.

Quae congrua monita, sicut decet, ab spiritualibus filiis ad inonemus in omnibus recipi salubriter et impleri; quatenus, qui ad bonum opus mentes devotae respicit, ipse, quod rogatur, repenset.

In Christi nomine Eufronius episcopus³ plurimum saluto.

In Christi nomine Domicianus episcopus⁴ plurimum saluto.

In Christi nomine Felix episcopus⁵ plurimum saluto.

In Christi nomine Domnolus episcopus⁶ plurimum saluto.

25

10 quem dare] *Sirm.*, quandiu *OG* habere] *Sirm.*, haberet *OG* 11 singulos] *Sirm.*, sin-
gulis *OG* 12 suo om. *O* 13 ut] aut *G* 14 add. et post irae *OG* 15 incestam *G*
16 maorem] *Sirm.*, maiorum *OG* ne si] *Sirm.*, nisi *OG* 18 incipiat *G* 22 Eufronii
subscriptionem praebet *Sirm.*, desideratur *OG* 24 Felicis subscriptio antecedit subscriptionem
Domiciani ap. *Sirm.*, desideratur *G* 26 domnolus cum *Sirm.* scriptissimus, nolus *OG*. 26

1) Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 2; Loening II, 677, n. 1. 2) Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 3; Loening II, 677, n. 2. 3) Turonensis. 4) Andegarensis. 5) Nanneten-
sis. 6) Cenomanensis.

CONCILIUM LUGDUNENSE*.

567. aut 570.

*Integros canones cum subscriptionibus episcoporum et vicariorum primus edidit Surius in collectione sua II, 677; ex quo autem fonte hauserit, nescimus. Hac synodus & neque in collectionibus conciliorum manu scriptis, quae Sirmondo praesto erant, existit neque in iis, quas nos examinari mus, reperitur. In collectione a deperdito quodam codice Andegavensi appellata (cf. Maassen, Quellen I, 821 sq.), quae capitula singula secundum uniuscuiusque argumentum disponit, cc. 2. 3. 5. 6 dispersim exhibentur. Cum autem lectio-
nes variae codicum Vindobonensis 2171 fol. 15'. 22'. 15. 13', Sangallensis 675 p. 81.
10 124. 78. 68, Phillippsii 1763, nunc Berolinensis, fol. 27. 43. 26. 21', quos contulimus,
aut vitiosae sint, aut non nisi ad orthographiam spectent, eas relinquentes editionem
Surianam sine ulla verborum mutatione repetimus.*

*Inscribitur concilium apud Surium his verbis: Synodus habita in civitate Lugdu-
nensi, anno VI. regni gloriosissimi Guntrammi regis, indictione tertia.*

*10 In his indicationibus annus VI. Guntrammi regis anno 567, indictio vero III. anno 570. respondet. Sirmondis, ut hanc discrepantiam tolleret, ex conjectura correxit numero-
rum indicationis. Nos vero, cum differentia inter dictas computationes non unius sed trium
annorum sit, in incerto relinquere statuimus, utrum annus regni, an numerus indicationis
corrigendus sit.*

*10 De hoc concilio etiam Gregorius Turon. H. Fr. V, 20 mentionem facere videtur, ubi
flagitiis, quae a duobus episcopis Salunio Ebredunensi et Sagittario Vapincensi admissa
erant, commemoratis sic pergit: Quod cum rex Guntchramnus comperisset, congregari
synodum apud urbem Lugdunensem iussit. Coniunctique episcopi cum patriarcha Nicetio
beato discussis causis invenerunt eos de his sceleribus quibus accusabantur valde con-
victos praeceperantque, ut, qui talia commiserant, episcopatus honore privarentur¹.*

*Cum in nomine Domini in Lugdunensi urbe ad synodale concilium venissemus
tam pro renovandis sanctorum patrum institutis, quae praesentis temporis necessario
fecit opportunitas iterari, quam his, quae assurgentibus undecunque querelarum materiis
recentis definitionis ordo poposcit institui, tractantes, quid saluti populi utilius competeteret
20 vel quid ecclesiasticus ordo salubriter observaret:*

I. Primo in loco unitatem sacerdotum, quam et Dominus diligit et scriptura com-
mendat et concordia charitatis exposcit, convenit ab omnibus custodiri; ita ut in omni
tractatu vel definitione uno spiritu, una sententia sacerdotum constantia perseveret. Et
si quid inter fratres, id est coepiscopos nostros, contentionis ortum fuerit, si de una

*35 *; Haec synodus a Surio Concilium Lugdunense I, a Sirmondo et posterioribus editoribus Con-
cilium Lugdunense II. insignitur.*

1) SS. Rer. Merov. I, 217.

provincia sunt metropolitani cum comprovincialibus suis iudicio sint contenti; si vero diversae provinciae duo fuerint sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur, convenientibus in unum metropolitam ipsorum omnis eorum actio illorum iudicio terminetur, ita ut, si unus ex episcopis ab alio episcopo aut a quacunque persona inique fuerit aggravatus, communis fratum studio cum Dei solatio defensetur¹. Quod si quis se ab hac conditione quacunque calliditate subtraxerit, tribus mensibus se a charitate fratum noverit esse sequestratum.

II. Secundo loco, quia multae tergiversationes infidelium ecclesiam quaerunt collatis privare donariis, id convenit inviolabiliter observari, ut testamenta, quae episcopi, presbyteri seu inferioris ordinis clericis vel donationes aut quaecunque instrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesiae aut quibuscumque conferre videantur, omni stabilitate subsistant; id specialiter statuentes, ut, etiam si quoruncumque reliquorum voluntas aut necessitate aut simplicitate aliquid a legum secularium ordine visa fuerit discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcessu manere et in omnibus Deo propicio custodiri. De quibus rebus si quis animae suae contemptor aliquid alienare praesumpserit, usque ad emendationis suae vel restitutionis rei ablatae tempus a consortio ecclesiastico vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus².

III. Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animae suae ita conati sunt aut conantur assurgere, ut animas longa temporis quiete sine ulla status sui competitione viventes nunc improba proditione atque traditione aut captivaverint aut captivare conentur, si iuxta praeceptum domini regis emendare distulerint, quousque hos, quos abduxerunt, in loco, in quo longum tempus quiete vixerunt, restaurare debeat ecclesiae communione priventur³.

IV. Illud etiam, quod sancti patres salubriter ordinarunt, placuit iterari, ut, si quicunque episcopus pro reatu aliquo quenquam a communione suspenderit, apud omnes sacerdotes catenus a communione habeatur alienus usquequo eius iudicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu suo a charitate ecclesiastica sequestrari⁴.

V. Et quia multa sunt ecclesiae membra, quae diverso genere pro vitae suae qualitate vel discretione sacerdotali aut oblectari convenient aut distringi, illud censuimus statendum, ut, quasecumque munificentias clericis aut servientibus sive de rebus ecclesiae in usum aut de propriis in proprietatem praecedentes dederint sacerdotes, subsequentes pontifices nullatenus auferre praesumant⁵. Si quid tamen culpae extiterit, pro qualitate personarum vel regula canonum praecedentium in persona habeatur, non in facultate districtio⁶.

VI. Placuit etiam universis fratribus, ut in prima hebdomada noni mensis, hoc est ante diem Dominicam, quae prima in ipso mense illuxerit, litaniae, sicut ante ascensionem Domini sancti patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus ecclesiis seu parochiis celebrentur.

Subscriptiones episcoporum.

Philippus in Christi nomine episcopus ecclesiae Viennensis constitutionibus nostris subscripti.

Nicetius in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionibus subscripti.

1) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 7; Loening II, 82, n. 1. 2) Cf. conc. Aurel. a. 549, c. 13; Thom. P. III, l. 1, c. 21, num. 2; l. 2, c. 41, num. 3; Loening II, 454, n. 1. 3) Cf. Waitz, 43 Deutsche Verfassungsgesch. II, 398, n. 2; Loening II, 452, n. 6; Hinschius IV, 831, n. 1. 4) Cf. conc. Turon. a. 567, c. 8; Loening II, 466, n. 5; Hinschius IV, 801, n. 5. 5) Cf. contra conc. Aurel. a. 541, c. 35, 36. 6) Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 16, num. 14; Hinschius IV, 880, n. 3.

- Agricola in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis constitutionibus nostris subserpsi.
 Vincentius in Christi nomine episcopus ecclesiae Beliscensis constitutionibus nostris subserpsi.
⁵ Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Heduorum constitutionibus nostris subserpsi.
 Aeoladius in Christi nomine episcopus ecclesiae Niuernensis subserpsi.
 Salonius in Christi nomine episcopus ecclesiae Genauensis subserpsi.
 Caelodonus in Christi nomine episcopus ecclesiae Matescensis subserpsi.
 Ualesius presbyter directus a domino meo Siagrio episcopo ecclesiae Gratianopolitanae
¹⁰ subserpsi.
 Vincentius presbyter directus a domino meo Lueratio episcopo ecclesiae Diensis subserpsi.
 Eusebius presbyter directus a domino meo Uictore episcopo ecclesiae Tricassinarum
 subserpsi.
 Piolus presbyter directus a domino meo Tetreco episcopo ecclesiae Lingonicae subserpsi.
¹⁵ Caesarius presbyter directus a domino meo Tetradio episcopo ecclesiae Uisonensis subserpsi.
 Astemius diaconus directus a domino meo Maximo episcopo ecclesiae Ualentine subserpsi.

CONCILIUM PARISIENSE*.

556—573.

- ²⁰ Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis II) fol. 171, cuius etiam orthographiam plerunque servavimus, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 180, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 12², qui tres libri, ubi inter se consentiant, a nobis littera a designantur, Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 48¹, Parisiensis Lat. 1454 (nobis G) fol. 232; in quibus omnibus haec inscriptio legitur: Incipiunt canones Parisiaci.
- ²⁵ Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 74, Surius II, 648, Sirmundus I, 313.

Ad concilii huius aetatem definitam momentum faciunt haec: primo, quod Eufronius metropolitanus Turonensis, qui concilio adfuit, sedem suam adepatus est a. 556¹, deinde, quod Probianus metropolitanus Bituricensis, qui nostro subserpsit concilia, tempore concilii Parisiensis a. 573. habiti iam mortuus erat, id quod ex eo patet, quod inter episcopos, qui huic concilio subserperunt, successor eius Felix invenitur. Quac vero de tempore, quo ceteri, qui concilio nostro interfuerunt, episcopatum gesserint, explorata sunt, nullum argumentum praebent ad restringendum temporis spatium, intra quod synodus celebratam esse pro certo habere licet. Nam ne Palernum quidem episcopum ³⁰ Abrincensem, ut aliqui disputant², iam a. 563. mortuum esse certis rationibus constat. Silentio denique nolumus praeterire concilii Turonensis a. 567. hab. canonem XXV. (XXVI.) cum nostri concilii canone I. in prima eius parte ad verbum consentire; cum

*¹ Haec syndicus a Crabbio et Surio Concilium Parisiense I. a Sirmundo et posterioribus Conciliis Parisiense III. insignitur.

⁴⁰ 1) Duchesne, *Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours* p. 26. 2) Cf. Cointius, *Annales ecclesiastici Francorum* T. I, p. 529.

autem non liqueat, utra synodus utrius fons fuerit, ex ea re ad determinandum tempus synodi certi nihil colligitur.

Admonet pontifices temporum qualitas et improba necessitates praeceavenda conditio, ut non solum rerum praesentium, sed et futurorum quoque utilitas congrua provisione tractetur, quatenus, quos custodiae ordinatio ac pro amore divino solicitudinis cura constringit, et praevidisse sequentia et oportune eis vigilasse probentur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maxime consolunt, si importunorum voluntatibus obviasse noseuntur, coniuncti in unum Christo opitulante Parisius pro utilitatibus ecclesiarum, unde non leviter rationem sumus quandoquidem reddituri, in quantum divina pietas virtutem dare dignata est, temptavimus salubri consultatione prospicere, ne, dum periculosa abusione ordinatio superna neglegitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

I. Itaque placet ac omnibus nobis convenit observari, ut, quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro capto animi de facultatibus suis ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod a diversis Deum minus timentibus catenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam nec intueri corde possint diem iudicii, dum nimiae cupiditatis delectantur ardorem: quicumque ergo immemor interitus sui res ecclesiae, ut supra diximus, delegatas iniuste possidens praeumpserset retinere et veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus a sancta communione habeatur extraneus nec alium mereatur habere remedium, nisi culpa propria rerum emendatione purgaverit¹. Indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas et audit rapere et iniuste possidere iniqua defensione perdurat; necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta praeceedat, ut res usurpatas iniuste quis tullit adhibeta aequitate restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit, postea praeponem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per interregna res Dei defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit². Quod si presumserit, et ipsius offensam et predictae damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiusmodi frenus distinctionis imponimus, qui facultates ecclesiae sub specie largitatis regiae improba subreptione pervaserint; sera namque de his rebus penititudinem commovemur, cum iam ante actis temporibus contra huius-

3 necessitatibus *codd. praeter II* 4 utilitatibus *G* 5 quos] quas *G* ac] hac *OG*
sollicitudinis *B OG* 6 oportune *scriptissimus*, oportuna *codd.*, oportune *edd.* ois om. *Sur. Sirm.*
7 consulunt *H^b OG* nascuntur *O^a*, nascuntur *O^b*, nascuntur *G*, noscantur *Sur. Sirm.* 8 non
et *OG* 9 quandoque *edd.* 10 temptabimus *B* consultatione *correcimus*, consolatione *cG*, 33
consideratione *O^a*, consilio *O^b*.
12 i. om. a] placet ac omnibus] *H^b*, placita comibus *H^aAO*, placita omnibus *BG*, placuit ac
omni. *Sirm.* nobis om. *G* observare *H^bBO* nulli *G* immemores *B* 13 captiu-
BO de] di *H* contulisse *codd. praeter II* 14 catenus] *OG* 15 teneratur *B*
ut] et a] possint poss] *G*, possunt a] 16 cupiditatibus *H* ardore *BOG* 18 rotinero *H^bB*, 40
tenore *OG* ab omnibus — rerum (e. 20) om. *OG* 19 nec] *B*, ne *HA* aliud *edd.* 20 nisi
cum *Sur. Sirm.* culpam propriam *B* per emendationem (e-tione) *OG* 22 ac in *add. ante*
iniqua *Crab.* necatores] ne actores *O^aG* 23 qui — tamen om. *OG* ut *B* 24 ut si
Crab. quis tullit] *codd.*, qui abstulit *Sur. Sirm.* 26 percellat *BO^b*, procellat (praezellat) *rel.*
interregna] interna *OG* 27 terminum *Crab. Sur.* 28 dampnationis *AO* 29 fronus *BOG*, 45
frenum *Crab. Sur.* facultatibus *HA* 31 penitidine *B*, paenititudinem *AOG* acti *HAG*

1) Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 13.

2) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 26 (25).

modi personas canonum suffulti praesidio se sacerdotes Domini eregere debuissent¹, uti non mansuetudo indulgentiae ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc cotidie provocaret. Nunc tarde iniuriarum mole depresso damnis quoque dominicis compellentibus excitamur. Quod si his, qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet terreturii commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi habitat, episcopus ille huiusmodi pravitate contemptus neglecto persone litteris mox reddat instructum; tunc antestis ipse fratris anxietate comperta aut pervasorem ammonitionem corrigat aut canonica districione condemnet². Accedit etiam, ut temporibus discordiae supra permissionem bonae memoriae domini Clodouei regis res ecclesiarum aliqui competissent³ ipsasque res in fata colapsi propriis haeredibus reliquissent. Placet et hos quoque, nisi res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, similiter a sanctae communionis participatione suspendi, quoniam res Dei, quae auctores eorum maturata morte credendae sunt peremisse, non debent filii ulterius possidere. Iniquum esse censemus, ut potius custodes cartarum, per quas aliquid ecclesiæ a fidelibus personis legitur derelictum, quam defensores rerum creditarum, ut præceptum est, iudicemur.

II. Et quia episcoporum res propriae ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate crassatum, pervasores rerum memoratarum canonum districione feriat vindicta, dum corregit; ut, qui non moribus propriis ac nulla conscientiae castigatione corripitur, saltim regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anno themate feriatur, qui res ecclesiæ confiscare aut competire aut pervadere periculosa infestatione praesumpserit.

III. Et quia exempla boni operis a pontificibus debent primum Christo opitulante procedere, nullus episcoporum res competit alienas aut, si competititas aut a se aut ab auctore suo forte quis possedit, domino proprietatis possessionem propria absque praesilio liberalitatis regiae integra reformatione restituat, ut, quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum ecclesiæ res exteris derelinquit.

2 uti non] ut in G, non a, ne edd. 3 add. sed ante nunc edd. 4 his
is H^b BO^b 5 ipsius] illius B^a 6 pravatas Crab.
contemptus B, contentus O, tentus G 6 neglectu OG 7 ipsi HAG,
so ipsius edd. 8 condempn^t O
anxietae BOG 9 pervasorum O^aG 10 ammonitione B
accidit edd. 11 etiam] antea Crab. 12 ut] quod B 13 sub permissione Sirm., ad e. permissionem
Crab. in marg.: provisionem 14 domni om. HB 15 chlodouei G 16 post res add. invasatas
Crab. 17 in fata correxisimus, insata HB, inlata A^aOG, inusata A^b, improvisa morte edd. here-
dibus codd. praeter H 18 quae] quas Sur. 19 auctores] antecessores Crab. Sur. immatu-
sa rata Crab. 20 credendi O^aCrab. Sur., redditio B 21 permis^t G, permis^s B, permis^sae
Crab. 22 ut] et B 23 chartarum OG 24 quo^s OG 25 indicemur] indicentur G, indicantur
HA, iudicamus B.
26 propria HA 27 similis B 28 crudelitate] facultate α grassatum BOG 29 perva-
sores] peruxores HA, perassores B, perversores Crab. 30 fierat] BO^b, fierat HA, fieret O^a, fierit
40 G, fieret Sirm. 31 feriantur ut dum viudicta corrigit qui non (non om. Crab.) moribus (motibus Sur.)
Crab. Sur. 32 corrigat B 33 non add. cum Sur. Sirm., om. codd. 34 ac] a O^b 35 nullius
G 36 conscientiae] BG, conscientia HAO 37 saltem BG 38 obtentatur BG 39 ecclesiæ
om. Crab.
45 23 episcoporum] ejpm αO^a, episcopus edd. 46 aut a se] et assecutas B 47 aut ante ab add.
46 cum edd., om. codd. 48 auctore] antecessore Crab. Sur. 49 possidet OG 50 possessionem]
aut OG 51 propriam B 52 liberalitati reg. integre O, liberalitate reg. integri G 53 ut] aut O^b
52 numerus illi ponitur ante verba non ad H.

1) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 59, num. 10. 2) Cf. Hinschius IV, 842, n. 3. 4. 3) Cf.
Thom. P. II, l. 3, c. 12, num. 12; Waitz II, 252; Loening II, 689, n. 3.

IV. Convenit etiam universis fratribus, ut non solum praesentium rerum actos, sed et animarum quoque debeant praeparare remedia. Nullus ergo illicita coniugia contra preeceptum Domini sortire praesumat, id est fratris relietam nec novarem suam relietamque patrui vel sororem uxoris suae sibi audeat sociare neque auriculi quoque relietae, norui sue vel inalterata coniugio potiatur; pari etiam conditione a coniugio amitae, privignae hac filiae privignae coniunctionibus preecipimus abstinere¹.

V. Sacratarum etiam virginum neque per raptum neque per competitionis aliquas quisquam coniugia sortiatur. Similiter de earum erit coniunctionibus abstinendum — et hi, qui eas rapere aut competere voluerint, a communione removendi —, quas vestium commutatione, tam viduae quam pueræ, religionem, poenitentiam aut virginitatem publica fuerint declaratione professae². Quod si contra interdicta quis venerit et sacerdotem suum audire neglexerit et in praesenti a communione challice ecclesiae habeatur extraneus et in perpetuo anathema fereatur³.

VI. Et quia utilium rerum coepit causa tractare, hoc universitas preecaverti quoque debet, tam sacerdotes quam principis omnesque populus, ut nullus res alienas competere a regis audeat potestate⁴. Nullus viduam neque filiam alterius extra voluntatem parentum aut rapere praesumat aut regis beneficio estimet postulandam⁵. Quod si fecerit, similiter ab ecclesiae communione remotus anathematis damnatione plectatur⁶.

VII. Et quia universis sacerdotibus ita convenit, ut, si quis de eis a communione ecclesiae pro contemptu canonum ac pervasione rerum ecclesiasticarum aliquem fortasse suspendereret, a nullo penitus episcopo recepi praesumatur⁷. Quod si factum fuerit, hi, qui eum contra interdicta receperet, et a fratribus suorum erit concordia separatus et aeterni iudices in futurum, ut confidimus, iracundiam sustenebit⁸.

VIII. Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca neglegitur ac decreta canonum violentur, placuit iuxta antiquam consuetudinem, ut canonum decreta serventur. Nullus civibus invitis ordinetur episcopus, nisi quem populi et clericorum electio plenissima quesierit voluntate⁹; non principes imperio neque per quamlibet conditionem contra

1 actus BOG 2 et om. G 3 sortiri BO^b 4 nequaes A 5 avunculo B 6 re-
lictae corr. cum Sirm., relieta 6 A, relieta est HB, relietam OG, quae relieta est Crab. Sur. 7 nurui
OG, neque nurus Sur. Sirm. 8 patiatur a 9 ac BO^b 10 filia H. 11 et hi om.
7 sacerorum Crab. Sur. 12 competitiones (comp-) BOG 13 coniugiam B 14 et hi om.
B 9 ea a 10 competere corr. cum edd., contempnere HA, contempnere BOG 15 sunt removendi
edd. 10 commutatione, communione OG 16 paenitentiam ABG 17 publica] OG, publicam
edt-G 11 fuerit H 18 declarationem OG 19 interdicta] B, dicta rel. 20 neglexerint B
catholicæ BOG 18 perpetuum Sirm. 21 anathemate OG. 22 suspenderent OG, suspenderint
14 tractari OG 23 recipi codd. praeter H 24 principes codd. praeter H 25 populus
A OG 16 neque filiam repellitur post alterius OG 18 semotus OG 26 anathematis HA
damnatione OG. 20 ecclesiis G, ecclis O 21 suscepserint OG, suspenderint
OG 22 interdicta] BO^b, indicta HA OG 23 indices] HO^a, indicis rel.
et ante aeterni om. OG 24 rebus om. G 25 consuetudinem ut] OG, consuetudo OG, consuetu-
dinem a 26 invitati B, invitati rel. 27 quaesierit codd. praeter H 28 prin-
cipis BO^b 29 quamlibet] BO^b, quamlibet rel. 30 condictionem O

1) Cf. conc. Aurel. a. 541, c. 27. 2) Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 4. 3) Cf. Hinschius IV,
IV, 798, n. 6; 800, n. 6. 4) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 11, num. 11; c. 59, num. 10. 5) Cf. conc.
Aurel. a. 541, c. 22; Freisen, *Gesch. des canon. Ehrechts* p. 312. 6) C. 36 q. 2 c. 6. — Cf. Hin-
schius IV, 800, n. 6. 7) Cf. Loening II, 466, n. 5. 8) Cf. conc. Aurel. inter a. 442—506, hab.
c. 8; Hinschius IV, 742, n. 10. 9) Cf. conc. Aurel. a. 549, c. 11.

metropolis voluntatem vel episcoporum comprovincialium ingeratur¹. Quod si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervaderi aliquis nimia temeritate praesumpserit, a comprovincialibus loci ipsius episcopus recipi penitus nullatenus mereatur, quem indebet ordinatum agnoscunt². Si quis de comprovincialibus recipere contra interdicta praesumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus et ab ipsorum omnium caritate semotus³. Nam de ante actis ordinationibus pontificum ita convenit, ut coniuncti metropolis cum suis comprovincialibus episcopis vel, quos vicinos episcopos eligere voluerit, in loco, ubi convenerit, iuxta antiqua statuta canonum omnia communi consilium et sententia decernantur⁴.

¹⁰ IX. De genere servorum, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerii depotantur, hoc placuit observari, ut, sub qua ab auctoribus fuerint conditione dimissi, sive haeredibus sive ecclesie pro defensione fuerint depositi, voluntas defunctorum circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si ecclesia eos de his sanctis functionibus in omni parte defenderit, ecclesiae tam illi quam posteri eorum defensione in omnibus ¹⁵ potiantur et occursum impendant⁵.

Et quia huic definitioni cuncti fratrum interesse minime potuerunt, hoc etiam omnis congregatio sacerdotum Christo propitiante decrevit, ut constitutio praesens, quantis oblata fuerit, subscriptionibus eorum debeat roborare, quatenus in hoc, quod ab universis observandum est, universitas debeat consentire.

²⁰ Probianus in Christi nomine episcopus ecclesie Betorige consensi et subscripsi.
Pretextatus in Christi nomine episcopus ecclesie Rothomagensis consensi et subscripsi.
Leontius⁶ in Christi nomine consensi.
Germanus⁷ peccator consensi et subscripsi.
Eufronius⁸ peccator consensi et subscripsi.

²⁵ 1 vel om. a ingeneratur HA 2 honorem B pervadere BO 3 episcopus] episcops H, episcops A, ipiscopis eum B, epis OG penitus om. edd. 4 ordinatum om. HA, assumptum Crab. recipere eum Crab. interdicta] O^b, indicta aO^aG 5 semotus] BO, remotus G, semoris HA 6 ante om. a pontificium HA metropolitanus edd. 7 episcopis] BO, epis G, episcops H, episcops A episcopos] BG, ejus O, episcops H, episcop A eli-²⁰ so gero] O^aG, elego O, tegere a 8 consilio O 9 decernatur OG; non correcimus decernant, quia in verbis coniuncti—voluerit nominativus absolute potest esse adhibitus.

10 de genere servorum correcimus, de cenere servus vero codd., de degeneribus servis edd.
sepuleris G 11 actoribus a condictione O 12 et sive Crab. Sur. heredibus BOG
ecclesiis OG 13 observari Sirm. de his sanctis emendavimus, defici a, de fisci O, defici G
²⁵ 15 potiantur] putantur G hoecursum B.
16 definitione ABG cuncta B, cunctis O, cunctis G etiam scriptissimus, enim codd., om. edd. 17 constituo HAO^a, constituto G 18 a quantis Crab. Sur. tamen eorum Crab.
roborare] OG, probare a quatenus in hoc quod] O, quatenus quod in hoc aG 19 ab om. O.
20 ecclesi om. OG betorige] a, bethoriae O, bethoriae G subscripsi] HOG, subi AB
²⁵ 21 praetextatus codd. praeter H rothomagensis] OG, romagensis a subscripsi] O, subi G, subi H hic et semper excepto v. 23, ubi legitur subi 22 consensu] a, coni et subi OG, consensi (fortasse consensit) inusitate hic abbreviatur coni HAB, item p. 146, v. 9 A et const p. 145, vv. 23, 24, p. 146, vv. 3, 9, 10 H, p. 145, v. 23, p. 146, vv. 2, 4, 10 A, inde a p. 145, v. 23 semper B; aliis locis scribitur coni HA 24 eufrosinus G

⁴⁵ 1) Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 11, num. 3; Hinschius II, 518, n. 2. 2) Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 10, num. 12; P. II, l. 3, c. 59, num. 10. 3) D. 63 c. 5. — Cf. Thom. P. II, l. 2, c. 13, num. 2. 4) Cf. Loening II, 179 sq.; Hinschius II, 518, n. 6. 5) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 6; Loening II, 286, n. 4; ad v. occursum cf. Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. IV, 24, n. 1.
6) ep. Burdegalensis. 7) ep. Parisiensis. 8) ep. Turonensis.

Felix¹ peccator consensi et subscripsi.
 Domicianus² peccator consensi et subscripsi.
 Chardaricus³ peccator consensi et subscripsi.
 Gonothigernus⁴ peccator consensi.
 Paternus⁵ peccator consensi et subscripsi.
 Lasciuus⁶ peccator consensi et subscripsi.
 Chaletricus⁷ peccator consensi et subscripsi.
 Edibius⁸ peccator consensi et subscripsi.
 Samson⁹ subscripsi et consensi in nomine Christi.
 Ferrocinctas in Christi nomine episcopus¹⁰ consensi.

³ chardarius OG, chardaritus B ⁴ consensi cons̄ et sub OG, const et subi B ⁶ lasciuus
 G ⁹ in nomine christi] in mente christi OG ¹⁰ in chr. nom. om. et post consensi et subscripsi
 add.: explicitum canonem parisiaci feliciter OG.

1) ep. Nannetensis. 2) ep. Andegavensis. 3) Civitas eius ignota est. 4) ep. Sil.
 vanectensis. 5) ep. Abricensis. 6) ep. Baiocensis. 7) ep. Carnotensis. 8) ep. 16
 Dolensis (?). Cf. Duchesne, *Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours* p. 95, n. 1.
 9) Ebroicensis.

CONCILIUM PARISIENSE*.

573. Sept. 11.

Tres ad hoc concilium epistulae pertinentes existant in codice Parisiensi Lat. 12097¹¹ (nobilis C) fol. 163, quarum prima inscribitur: Tenor suggestionis libelli, altera: Concilium Parisiense, tertia propria inscriptione caret.

Primus has epistulas ex eodem codice in lucem edidit Sirmondus I, 350.
 Ad hanc synodus spectare videntur, quae apud Gregorium Turon. H. Fr. IV, 47 leguntur. Cum autem, inquit, intentio inter Guntchramnum et Sygiberthum regis verte-¹² retur, Guntchramnus rex apud Parisius omnes episcopos regni sui congregat, ut inter utrasque, quid veritas haberit, edicerent¹³. Nam episcopi non propter unam Promoti episcopi Dunensis causam, de qua omnes tres epistulae agunt, sed, ut in epistula ad Egidium Remensem episcopum legitur, pro causis publicis privatorumque querellis congregati erant.

Epistula Pappoli episcopi Carnotensis ad synodum.

Dominis semper suis atque apostolica dignitate colendis omnibus episcopis, qui in sancta synodo nunc Parisius convenerunt, Pappolus Carnotinae civitatis episcopus humilis vester.

¹¹) Haec synodus a Sirmondo Concilium Parisiense IV. insignitur.

¹²) SS. Rer. Merov. I, 182.

Ita nos canoneca institutio admonet, ut, quotiens aliquae exortae fuerint in ecclesia causeae, synodali hoc conventu debeat publicari. Adeo, piissimi domini, in vestrae pietatis notitia haec, quae contra nos gesta sunt, per praesentis libelli nostri tenorem studuemus deferendum. Ergo cum me ante aliquod temporis clericorum vel civium Carnotinae civitatis voluntas per consensem, cum conniventia etiam metropolitani mei, fieri episcopum elegisset, quod annuente Domino factum est, post aliquot dies quidam ex ipsis civitatis Carnotinae territorio presbyter, nomine Promotus, qui reliquerat sine litteras antecessoris mei celolam suam, in liceta praesumptione parrociam meam, cui vocabulum est Duno, quasi sub nomine episcopatus visus est pervasiisse: etiam ad facultaticulam¹⁾ ecclesiae, cui praeesse videor, quantum in ipso pago esse constat, nescio per cuius ordinationem, simeli conditione pervasit. Pro qua re supplex vester sanctitati vestrae suggero et per Spiritum sanctum, qui in vobis habitat, et diem iudicii futuro et per remissionem peccatorum vobis dominis meis coniuro, ut hoc ita, qualiter vobis fieri non vultis, emendari iubatis, quatenus nec per calledam praesumptionem quis audeat in postmodum per tumorem superbiae simelia perpetrare et simultas ecclesiae vestro studio et ordinatione iam Christo proprio conquiescat.

Cuius suggestione synodus sancta spirituali favore et canoneco ritu respondens haec contra taemerarios scripsit objecta.

Epistula synodi ad Egidium Remensem episcopum.

Domino suo adque beatissimo et meritis apostolico fratri Egidio episcopo Phylippus, Sapaudus, Priscus, Constitutus, Laban, Felix, Germanus, Lucretius, item Felix, Clementinus, Syagrius, Optatus, Gallomagnus, Salunius, Quinidius, item Salunius, Sagittarius, Promotus, Genesius, Polemius, Aunacharius, Esychius, Palladius, Silvester, Uictor, Pappolus, Claudianus, Heraclius, Tetradius, Licerius, Leudobaudis et Desiderius episcopi necnon Launoueus presbyter.

Dum pro causis publicis privatorumque quaerellis Parisius moraremur, vir apostolicus frater noster dominus Pappolus episcopus mediocretati nostrae detulit in quaerellam in castro Dunensi, parrocia denique Carnotina, quod castrum nec ad terretarium civitatis vestrae nec ad vestram provinciam manifestum est pertenere, a vobis contra omnem rationem et contra canonicae disciplinam episcopum consecratum. Et licet secundum prisca beatissimorum patrum decreta potuit huiusmodi excessus in vestra iniuria acerbius coerceri, sed nos caritatis iura servantes beatitudini vestrae indecamus, ut presbyterum ipsum nomine Promotum, qui omissa severitate canonica a vobis dicitur tam taemerae consecratus, ut iuste debeat de gradus ipsius dignitate deponi, sicut canonum constituta sanxerunt, ad vos evocetis vel vobiscum reteneatis, ut iniuriam

2 publicari C^b; haec et aliae emendationes diverso atramento scriptae sunt vestrae corr. cum Sirm., vestra C 4 studiuimus C^b 8 literis C^b 10 facultaculam C, superscriptum est tibi poster. manu esse) et se C 11 simili C^b 12 futurum C^b 14 callidam C^b.
 40 17—18 cuius—objecta non, ut reliqua, litteris uncialibus, sed cursiva, quam dicimus, scriptura aetatis Merovingiae exarata sunt 17 canonico C^b 18 taemerarios corr. cum Sirm., taemerario cod. objecta legitimus cum 'Nouveau traité de diplomatique' III, 430, oblata Sirm.
 29 territorium C^b 33 beatitudini C^b indicamus C^b 34 dicitur C^b

1) Ad hanc vocem cf. supra p. 41, v. 14.

nec ecclesiae nec sacerdoti suo ulterius debeat inrogare. Et quia a fratre vestro domino Germano episcopo ad petitionem domini Constituti metropolitani, ut ad synodum venire deberet, est praesentanea invitatione commonetus, quod quoque dominum Constitutum et dominum Germanum constat in synodum rettulisse, et ad synodum venire distulit, idcirco neverit beatitudo vestra hoc apud universum praesenti tempore concilium constitutum, ut, si memoratus presbyter aut propria contumacia aut cuiuscumque potestates adsentatione in praedicta Dunensi ecclesia praesumpserit sub huius subrepti honoris argumentatione ulterius resedere vel res ecclesiae ipsius amplius usurpare aut altaria benedicere, infantes confirmare vel ordinationes per quascumque parrocias facere aut episcopo suo fratri vestro domino Pappolo resistere prava intentione praesumpserit, ab omni coetu episcoporum vel a communione consortio perpetuo anathemate feriatur et frater noster dominus Pappolus episcopus vel ecclesia Carnotina parrocias, quas hucusque habuit, sub sua ordinatione debeat auxiliante Domino gubernare; statuentes etiam, ut quicumque de populo illo benedictionem memorati Promoti presbyteri post hoc edictum manifestatum vel publicatum aut expetierit aut accipere contentus fuerit, a communionis consortio vel ab ecclesiae liminibus arreatur¹.
 Data constitutio diae tertio iduum Septembrium anno XII. regum dominorum nostrorum, indictione sexta, Parisius.

Phylli^s in Christi nomine Uienensis ecclesiae episcopus hanc constitutionem nostram subscrispi.
 Sapaudus in Christi nomine episcopus ecclesiae Arelatensis hanc constitutionem nostram re²⁰legi et subscrispi.
 Priscus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionem nostram re²⁵legi et subscrispi.
 Constitutus in Christi nomine episcopus ecclesiae Senonicae constitutionem nostram re²⁵legi et subscrispi.
 Laban peccator ecclesiae Elosanae consensi.
 Felix in Christi nomine episcopus ecclesiae Betorige constitutionem nostram subscrispi.
 Germanus peccator etsi indignus in Christi nomine episcopus ecclesiae Parisiacae con³⁰stitutionem nostram re³⁰legi et subscrispi.
 Lucretius acsi peccator in Christi nomine episcopus ecclesiae Deinsis constitutionem nostram subscrispi.
 Item Felix acsi peccator in Christi nomine episcopus ecclesiae Namneticae constitutionem nostram subscrispi.
 Clementinus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aptensis constitutionem nostram sub³⁵scripsi.
 Syagrius in Christi nomine Aeduorum episcopus constitutionem nostram subscrispi.
 Optatus in Christi nomine Antepolitanae ecclesiae episcopus constitutionem nostram subscrispi.
 Gallomagnus in Christi nomine episcopus ecclesiae Trecassinae constitutionem nostram subscrispi.

6 potestatis C^b 8 residere C^b 11 communionis C^b 15 hoc] C^b, hanc C^a.
 17 data—parisius scriptura cursiva exarata sunt 20 subscrispi] sūi hic, in sequentibus semper
 tūbi 22 relegi] rēl hic et semper 27 peccator] pōet hic et semper

1) Quae episcopi hic de Promoto decreverant, usque ad a. 575. effectu caruerunt. Post mortem 45
 denum Sigiberti regis Pappolus Carnotensis episcopus a Chilperico rege impetravit, ut iudicium
 episcoporum contra Promotum prolatum valeret. Quae cognoscimus ex Grey. Turon. H. Fr. VII, 17.

- Salunius in Christi nomine episcopus civitatis Genauinsium constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Quinidius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uasinsium constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Item Salunius in Christi nomine episcopus ecclesiae Ebridunensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Sagittarius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uappicensis constitutionem nostram subscrispi.
 Promotus in Christi nomine episcopus ecclesiae Glannatinae constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Genesius in Christi nomine episcopus ecclesiae Segestericae constitutionem nostram subscrispi.
 Polemius in Christi nomine episcopus ecclesiae Agennensis constitutionem nostram subscrispi.
 Aunaarius in Dei nomine episcopus ecclesiac Autisioderensis constitutionem nostram subscrispi.
 Esychius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gratianopolitanae constitutionem nostram subscrispi.
 Palladius in Christi nomine episcopus ecclesiae Sanctonicae constitutionem nostram subscrispi.
 Silvester in Christi nomine episcopus civitatis ecclesiac Uesonciensis constitutionem nostram subscrispi.
 Uictor in Christi nomine episcopus ecclesiae Trecastinae constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Pappolus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lingonicae constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Claudianus in Christi nomine episcopus ecclesiae Regensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Heraclius in Christi nomine episcopus ecclesiac Diniensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Tetradius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uenduascensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Licerius in Christi nomine episcopus ecclesiae Eloronensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Leudobauidis peccator ecclesiae Sagensis subscrispi.
 Desiderius episcopus ecclesiae Telonensis constitutionem nostram relegi et subscrispi.
 Laounoueus presbyter in vicem Ricomeri Aurelianorum episcopi constitutionem nostram subscrispi.
 Subscripta constitutio in basilica domni Petri, inductione supra scripta, Parisius.

Epistula synodi ad Sigibertum regem.

Domino glorioissimo adque sanctae ecclesiae catholicae filio
 Sigisberto regi Sapaudus, Phylippus, Priscus, Constitutus, Laban,
 Felix, item Felix, Germanus, Lucretius, Clementinus, Syagrius, Gallo-
 magnus, Optatus, Salunius, item Salunius, Quinidius, Promotus, Sil-

45 21 verbo uesonciensis fol. 166 codicis finit, primus versus fol. 166' legi non potest; verba consti-
 tutionem nostram subscrispi ex analogia supplevimus 39 subscripta—parisius scriptura cursiva
 exarata sunt.

uester, Genesius, Polemius, Palladius, Uictor, Sagittarius, Annaarius,
Isychius, Claudianus, Desiderius, Heraclius, Tetradius, Pappolus, Lice-
rius et Leudobaudis episcopi.

Quantum ineffabili gaudio synodali concilio nuntiatur, quandoquidem a catholico principi res nova pro dilectione Christi concipitur, tantum lamentabile execrandumque censetur, cum in ecclesia sancta contra Deum et contra canonum disciplinam dissensio generatur. Nuper etenim non absque coniventia gloriae vestrae, sicut credimus, evocati Parisius venientes novam inauditamque ordinationem in castro Dunensi, parrociam denique Carnotina, factam fuisse cognovemus. Quam rem licet vix credere possumus cum consensu gloriae vestrae fieri potuisse, tamen si cuiuscumque prava suggestione praeventi in hac tam obscura et ecclesiae universae contraria consensistis, ab huiusmodi scandali defensione sinceritatis vestrae conscientiam expietis; quia satius est, ut ille, qui ambitionis instinctu rem tam nefariam dolosa ambitione competit, per satisfactionem paenitentiae reatum suum abluere conpellatur, quam vestra puretas, quod avertat Divinitas, huius facinoris contagione maculetur. Et quia nobis necesse fuit, ut iuxta canonum constituta personae temerariae deberet praesumptio coerceri, ideo salutis obsequium digno in Christo officiositatis et reverentiae cultu praebentes poscemos, ut vos, quos Deus et culmine praecipuos et sinceritate praeclaros esse praecepit, non quocumque aut quorumcumque temerario consilio ad defensanda huiusmodi scandala misceatis, quia Deum sufficit nosse nos nequaquam paenitus velle contra vos divinam iracundiam promoveri. Annis multis gloriam regni vestri potentia divina cum omni felicitate conservet, domine gloriosissime et praecellentissime domine.

Venerator vester Sapaudus episcopus salutare praesumo.

Humelis vester Phylippus reverenter audeo salutare.

Humelis vester Priscus reverenter audeo salutare.

Humelis vester Constitutus reverenter salutare praesumo.

Laban peccator salutare praesumo.

Humelis vester Felix audeo salutare.

Item Felix humelis vester audeo salutare.

Germanus peccator, proprius vester, etsi praesumptiosus, audeo salutare et supplico, ut non dispicias suggestionem sacerdotum.

Lucritius venerator vester humiliter saluto.

Clementinus venerator vester humiliter saluto.

Syagrius humelis vester reverenter salutare praesumo.

Gallomagnus humelis vester reverenter salutare praesumo.

Optatus humelis vester reverenter saluto.

Salunius servus vester reverenter saluto.

Item Salunius humelis vester debita reverentia salutare praesumo.

Quinidius humelis vester saluto.

Promotus humelis vester servienter saluto.

Siluester humelis vester reverenter saluto.

Genesius humelis vester reverenter saluto.

Polemius peccator et humelis vester reverenter saluto.

Palladius peccator reverenter saluto.

9 cognovimus C^b 14 puritas C^b 17 poscimus C^b 20 sufficit C^b paenitus C^b 45
21 annis—domne *scriptura cursiva exarata* sunt.

23 salutare, praesumo, humelis, peccator *suepe sāl*, prae, humelī, pēct abbreviantur.

Uictor peccator reverenter salutare praesumo.
 Sagittarius humelis vester reverenter saluto.
 Aunaarius humelis vester reverenter saluto.
 Esychius cliens et humelis vester reverenter audeo salutare.
 Claudianus episcopus humelis vester salutare praesumo.
 Desiderius episcopus humelis vester salutare praesumo.
 Pappolus humelis vester salutare praesumo.
 Heraclius peccator humelis vester salutare praesumo.
 Tetradius peccator reverenter salutare praesumo.
 Licerius peccator reverenter saluto.
 Leudobaudis peccator subscripsi.
 Data epistola sub die III. iduum Septembrium, anno XII. regum domnorum nostrorum, Parisius.

12 data—parisius scriptura cursiva exarata sunt regum] regnum C.

16

CONCILIUM PARISIENSE.

577.

Inter res anno secundo Childeberti regis gestas Gregorius Turon. H. Fr. V, 18
 mentionem facit concilii, quod celebratum esse ait apud Parisius in basilica sancti Petri
 apostoli, cuius concilii acta in codicibus nostris non existant. Gregorius l. l. et VII, 16
 20 multa de causa Praelectati episcopi Rotomagensis narrat, quem Chilpericus rex apud
 episcopos in synodo congregatos plurimorum criminum accusaverat. Quamquam huic
 synodo Gregorius refert quadraginta quinque episcopos interfuisse, tamen praeter Gregorii
 Turonensis, Bertachramni Burdegalensis, Ragnemodi Parisiensis corum nomina igno-
 ramus.

26

CONCILIUM CABILONENSE.

579.

De hoc concilio nihil aliud scimus, nisi quae Gregorius Turon. H. Fr. V, 27
 memoriae prodidit. Anno quoque quarto, inquit, Childeberti, qui fuit decimus octavus

Guntehamni et Chilperici regum, apud Cavelonnum civitatem sinodus acta est ex iussu principis Guntehamni; discussisque diversis causis contra Salonium¹ et Sagittarium² episcopum iteratur illa antiqua calamitas. Obiciuntur eis crimina et non solum de adulterio, verum etiam de homicidii accusantur. Sed hacc per paenitentiam purgari censentis episcopi illud est additum, quod essent rei maiestatis et patriae proditores. Quia de causa ab episcopatu discincti in basilica beati Marcelli sub custodia detrunduntur³.

1) Ebredunensis. 2) Vapincensis. 3) SS. Rer. Merov. I, 222.

CONCILIUM BRENNACENSE.

580.

10

Gregorius Turon. H. Fr. V, 49 copiosius de hoc concilio disserens expositionem suam sic incipit: Congregati igitur apud Brinnacum villam episcopi in unam domum residere iussi sunt.

Convocavit hanc synodum Chilpericus rex eo consilio, ut episcopi iudicarent de Gregorio episcopo Turonensi a rege ipso et Bertechramno episcopo Burdegalensi accusato, quod dixisset reginam Fredegundem, regis uxorem, cum episcopo Berthramno in adulterio misceri. Qua criminatione refutata rex et episcopus auctorem accusationis Leudastem comitem Turonensem nominaverunt et ita e periculo, ne propter falsum accusationem excommunicarentur, evaserunt. Tunc placuit, ut Gregorius ait, omnibus sacerdotibus, ut sutor scandali, initiator reginae, accusator episcopi (*sc. Leudastes*) ab omnibus arceretur ecclesiis, eo quod se ab audientia subtraxisset. Unde et epistolam subscriptam aliis episcopis, qui non adfuerant, transmiserunt¹. Praeter episcopos, quos supra nominavimus, et Salinium Albigensem episcopum², qui alii synodo interfuerint, nescimus.

Gregorius hoc concilium commemorat in ea sui operis parte, quae res anno 580, gestus comprehendit, neque est causa, cur huic anno concilium non adscribamus, quod quidem alii intra annos 577. et 581. ponunt³.

Praeter Gregorium huius synodi meminit Venantius Fortunatus, qui primum libri IX. carmen inscripsit: Ad Chilpericum regem, quando synodus Brinnaco habita est⁴.

1) SS. Rer. Merov. I, 241. 2) Greg. Turon. H. Fr. V, 50: Igitur cum, vale post sinodum memoratam regi iam dicta, ad propria redire vellimus, non ante discidere placuit, nisi hunc virum (*sc. 30 Salinium*) libatis oculis linquoramus. Quem quesitum in atrio Brinnacensis domus repperi. (SS. Rer. Merov. I, 243.) 3) Cf. Hefele III, 34. 4) Auct. ant. T. IV, P. I, p. 201.

CONCILIUM LUGDUNENSE.

581.

Gregorius Turon. H. Fr. VI, 1 scribit haec: Anno igitur sexto regni sui Childeberthus rex reiectam pacem Guntrammi regis cum Chilperico coniunctus est. . . . Apud Lugdunum sinodus episcoporum coniungitur, diversarum causarum altercationis incidentia neglegentioresque iudicio dampnans. Sinodus ad regem revertitur, multa de fuga Mummoli ducis, nonnulla de discordiis tractant¹.

Sextus annus regni Childeberti congruit cum anno 581. Non videmus, qua ratione Sirmonodus² aliique disputent synodum a Gregorio laudatam eandem esse atque illam, quae 10 a. 583. Lugduni habita est et quam mox adferimus.

1) *SS. Rer. Merov. I, 245.* 2) Cf. *Notas ad T. I. Conciliorum Galliae, p. 614.*

CONCILIUM LUGDUNENSE*.

583. Mai.

De hoc concilio eadem fere dicenda sunt, quae in prooemio nostro in concilium 15 Lugdunense a. 567. aut 570. supra p. 139 scripto exposuimus. Surius in collectione sua conciliorum II, 680 primus acta synodi publici iuris fecit, quae integra in libris nostris manu scriptis non reperimus. Exstant quidem c. V. in codice Bruxellensi 8780—8793 (nobis M) fol. 14' et c. VI. in codicibus Vindobonensi 2171 fol. 14', Sangallensi 675 pag. 75, Phillippsii 1763, nunc Berolinensi, fol. 24', quorum tamen codicum paucae lectiones variae non nisi ad orthographiam spectant. Surius et eum secuti posteriores editores canonem II. cum lectionibus mendosis exhibent. Emendavimus texum vulgatum canonis, 'cui veterum exemplarum inopia mederi non licere' Sirmonodus putavit.

Inscriptionem hanc apud Surium legimus: Synodus habita in civitate Lugdunensi, mense Maio, anno XXII. regni gloriosissimi domini Guntramni regis.

25 *) Haec synodus a Surio Concilium Lugdunense II, a Sirmondo et posterioribus Concilium Lugdunense III. insignitur.

LL. Concilia.

I. Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum sanxit authoritas; nunc tamen, quia crescente Deo propitio fide oportet in clero vel populo catholico meliora salubri pontificum consilio renovari, idcirco beatissimorum patrum statuta reminiscentes huius tituli definitione sancimus, ut nullum clericum ab ordine sancto anti-stitis usque ad subdiaconi gradum mulierem praeter matrem, amitam et sororem in hospitio suo habere liceat. Placuit etiam, ut, si quicunque uxoribus iuncti ad diaconatus aut presbyteratus ordinem quoquo modo pervenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de uxoribus suis sequestrari¹. Quod si, quod Deus avertat, de eorum familiari contubernio post acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officii gradu privetur.¹⁰

II. Id etiam de epistolis placuit captivorum, ut ita sint sancti pontifices cauti, ut in servitio pontificum consistentibus, qui eorum manu vel subscriptione agnoscantur, epistolae aut quaelibet insinuationum literae dari debeant, quatenus de subscriptionibus nulla ratione possit Deo propitio dubitari. Et epistola commendationis pro necessitate cuiuspiam promulgata dies datarum et precia constituta vel necessitates captivorum,¹⁵ quos cum epistolis dirigunt, ibidem inserantur.

III. Puellae vero, quae conniventia parentum suorum se voluntarie dedicaverint et intra monasterium puellarum conclusionem elegerint et se de eodem monasterio quacunque animi levitate aut vilitate corporis extra captivitatis incursum voluntate sua substraxerint et de conversatione religiosa cuiuscunq; vocationis spiritu seculi²⁰ delectationes elegerint, quousque in monasterium, unde egressae sunt, revertantur, a communionis gratia segregentur³; viaticum tamen illis miserationis intuitu praebatur.

IV. De incestis vero coniunctionibus hoc placuit custodiri, quod prisca canonum statuta sanxerunt³.

V. Et ut nullus episcoporum natalem Domini aut pascha alibi nisi ad ecclesiam²⁵ suam praeter infirmitatis incursum aut ordinem regium celebrare praesumat⁴.

VI. Placuit etiam universo concilio, ut uniuscuiusque civitatis leprosi, qui intra territorium civitatis ipsius aut nascuntur aut videntur consistere, ab episcopo ecclesiae ipsius sufficientia alimenta et necessaria vestimenta accipient⁵, ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur⁶.³⁰

Subscriptiones episcoporum.
 Priscus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionibus nostris sub-scripsi.
 Euantius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uienensis constitutionibus nostris sub-scripsi.
 Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Heduorum constitutionibus nostris subscrpsi.
 Isitius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gratianopolitanae constitutionibus nostris subscrpsi.
 Ragnoaldus in Christi nomine episcopus ecclesiae Ualentinae subscrpsi.

12 pontificum] pontificibus Sur. agnoscantr] agnoscat Sur.

40

1) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 10. 20 (19). 2) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 21 (20); Thom. P. I, l. 3, c. 45, num. 7. 3) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 22 (21). 4) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 31, num. 16; Hinschius III, 222, n. 1. 5) Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 21. 6) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 5.

Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Matesensis subscripti.
 Agricola in Christi nomine episcopus ecclesiae Niernensis subscripti.
 Flanius in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis subscripti.
 Et missi episcoporum, qui hos canones subscripserunt; duodecim.

CONCILIJ MATISCONENSE*.

583. Nov. 1.

Collati sunt codices hi: Phillippsii 1745, nunc Berolinensis, (nobis L) fol. 97, quem etiam in orthographia constituenda plerumque seculi sumus, Berolinensis 435 (nobis H) fol. 165, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 173^o, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 116 (ubi HAB inter se consentiunt, signum a adhibuimus), Bruzelensis 8780—8793 (nobis M) fol. 15, qui tamen solos canones VI. VII. VIII. III. V. et quidem eodem, quo eos modo laudavimus, ordine continent.

Adferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 89, Surius II, 678, Sirmondus I, 370.

Inscriptio desideratur M; in reliquis libris sic legitur: In Christi nomine constitutiones, quae in synodo Matescone conscriptae sunt I. Canones Matasconensis α.

Numeri, quos inde a canone XVIII. uncis inclusos apposuimus, indicant numerationem canonum, quae apud Sirmondum et posteriores editores invenitur.

Temporis annotationes in antiquissimo codice L desiderantur; reperiuntur in codicibus HAB, sed insolito loco, nam clausulae 'Explicit' adiunguntur. Praeter diem duas hic anni computationes occurunt. Quarum altera, sc. indictio X V, respondet anno, qui currit inde a mense Septembri a. 581. usque ad mensem Septembrem a. 582. Quem indicationis numerum solum respiciens Sirmondus synodum in a. 581. coniecit¹. Sed iam Cointius² ei obiecit illo aeo magis in usu fuisse tempus secundum annos regni definire. Annum regni Guntramni XXII, quem codices laudant, cum anno inde a mense Decembri a. 582. incipiente convenire demonstravit Kruschius³. Hoc si ponimus, concilium nostrum, quod die primo mensis Novembris celebratum est, ad annum 583. recte refertur.

Cum ad iniunctionem gloriosissimi domini Guntramni regis tam pro causis publicis quam pro necessitatibus pauperum in urbe Matiseensi nostra mediocritas con-

³⁰ 28 cum — convenisset om. Crab. cum om. α ad iniunctionem] ex evocatione α glorio-
 sissimo B domno α guntramni HA, guntramni B, om. L 29 matiseensi] matascente α
 convenisset] contis H, conveñit AB

*¹ *Hac synodus in editionibus Concilium Matasconense I. insignitur.*

¹⁾ *Cf. Notas ad T. I. Conciliorum Galliar, p. 613.* ²⁾ *Annales ecclesiastici Francorum*
in T. II, p. 237, num. XI. ³⁾ *Forschungen z. deutschen Gesch. XXII, 455.*

venisset, primo in loco visum nobis est, ut in nomine Domini non tam nova quam præcita patrum statuta sancientes id ipsum, quod constitutimus, titulis praesentibus in canonibus legeretur insertum.

I. Ideoque definitum est, ut episcopi, presbyteri adque diaconi ita sanctae conscientiae luce resplendeant, ut effugiant in probitatem actuum maledicorum obloquia et testimunium in se divinum implere contendant, quod Dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominebus, ut videant vestra bona opera et magnesfient Patrem vestrum, qui est in coelis.* Igitur auctoritate canonica adque mansura in aevum constitutione sancimus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tulerit, habitent¹.

II. Ut nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus vel quicumque secularis in monastiriis puellarum nisi probatae vitae et aetatis proiectae praeter utilitatem aut quancumque reparationem monastirii ad quascumque earum necessitates habitare aut secretas conlocationes habere praesumant² nec extra salutarium aut oratorium ulterius ingredi permittantur. Praecipue Iudei non pro quoruncumque negotiorum occasiones puellis intra monastirium Deo decatis aliquid secretius conloqui aut familiaritatem vel moras ibi habere praesumant.

III. Ut nulla mulier in cubiculo episcopi absque duos presbyteros ingredi permettatur³.

IV. Ut, qui oblationes fidelium defunctorum, quae ecclesiis conferuntur, retinent, vel tentatores aut aegentium necatores ab ecclesiae liminebus arceantur⁴.

V. Ut nullus clericus sagum aut vestimenta vel calciamenta saecularia, nisi quae religionem deceant, induere praesumat⁵. Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti ueste aut cum arma inventus fuerit, a seniorebus ita cohæreatur, ut

1 ante primo ponitur numerus i B 2 instituta α 3 sancientes α 4 constituimus α, 25
constituamus quod Sirm. 5 praesentibus] deficientibus Crab. 6 canonibus α, canonecis L
legitur α.

Numeri canonum semper om. HAM, inde a c. ii. usque ad c. vi. et iterum inde a c. xi. usque ad finem plerumque simul cum primo canonis verbo spatio raccio remisso om. B 4 verbo ideoque def. est ad ea, quae antecedunt, trahuntur, ut omittitur, ruci episcopi praemittitur numerus ii B 5 finitum HA 6 episc. vel presb. α 7 in probitatem] improbitatem edd. 8 divino HA
ait om. HA 9 lumen vestrum] lux vestra α 10 opera bona HA 11 mansuram HA 12 evo
H, aeo AB 13 constitutionem B 14 sancimus α 15 enpando (e-dae) HA 16 10 matrem
sororem vel neptim HB 17 tulerit] fuerit α 18 habitet HA, habitetur B.

12 proiectae] B, proiecti LHA 13 quacumque reparatione HA 14 extra] intra c. salutarium corrimus, salutarium L, salutarium HA, salutarium B, salutatorium edd., Crab. in marg.: sacrum oratorium] HA, oratorium B, oratorium L
ulterius om. α 15 occasionis HA, occasionibus cum B 16 monasterio HA 17 ibi] ibidem α.
18 cubilo H 19 duobus B 20 presbyteros] prhos L, presbyteros M, presbyteris HB, prhs A
post presbyteros add. aut certe diaconis (diacb; B, diac M) αM.

21 veluti α 22 retentores α 23 ecclesiae post retentatores α 24 ant] et α 25 negatores α.
22 vel] M, aut B, ut HA, om. L 23 calciamenta om. L, sed cide conc. Agath. c. 20 26 secu-
larium HA 27 quae] quod αM 28 religione HA, religiosis M 29 deceant] L^b, deceat L^a
inducere αM 30 hac definitione M 31 cum indecenti] com. induita huiusmodi B 32 indecentio M,
inducente HA 33 arma] L-HAM, armis L-B 34 seniores HAM

1) *Vide conc. Arvern. a. 535. c. 16; cf. conc. Turon. a. 567. c. 10.* 2) *Cf. conc. Epavon. p. 38.* 3) *Cf. conc. Arvern. a. 535. c. 16; Thom. P. I, l. 2, c. 62, num. 4.* 4) *Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 25 (22); iunge conc. Aurel. a. 549. c. 16.* 5) *Cf. conc. Agath. c. 20.*

triginta dierum conclusione detentus¹ aquam tantum et modici panis usu² diebus singulis sustentetur³.

VI. Ut episcopus sine pallo missas dicere non praesumat⁴.

VII. Ut nullus clericus de qualibet causa extra discussionem episcopi sui a seculare a iudice iniuriam patiatur aut custudiae deputetur⁵. Quod si quicumque index cuiuscumque clericum absque causa criminale, id est homicidio, furto et maleficio, hoc facere fortasse praesumpserit, quandiu episcopo loci ipsius visum fuerit, ab ecclesiae liminebus arreatur⁶.

VIII. Ut nullus clericus ad iudicem secularem quocumque alium fratrem de clericis accusare aut ad causam dicendam trahere quocumque modo praesumat⁷, sed omne negotio clericorum aut in episcopi sui aut in presbyterorum vel archidiaconi praesentia finiatur. Quod si quicumque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, uno menu de quadraginta ictos accipiat⁸, sin certe honoratior, triginta dierum conclusione multetur⁹.

IX. Ut a feria sancti Martini usque natale Domini secunda, quarta et sexta sabbati ieiunetur¹⁰ et sacrificia quadragesimali debeant ordine cœlebrari. In quibus diebus canones legendos esse speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam delinquisse¹¹.

X. Ut presbyteri, diaconi vel quolibet ordine clerici episcopo suo oboedienti devotione subiaceant et non alibi dies feriatis nisi in episcopi sui obsequio licet tenere aut cœlebrare¹². Quod si quis per quacumque contumaciam aut cuiuscumque patrocinio hoc facere fortasse distulerit, ab officio regradetur¹³.

1) conclusione aM aquam L^a, aqua L^baM modico H, modici ABM modico pane codd. usu] L^a, portiuncula B, om. L^bHA et edd. diebus om. B.

3 vii] viii B episcopus] archiepiscopus B pallio a.

25 4 viii] viii B discussione HAM 5 iudicio Sirm. 6 homicidium furtum aut (et M) maleficium HAB^aM 7 ipsius illius aM post arreatur add. ea vero ratione si superprossus fuerit M.

8 viii] viii B 9 causa H modo om. aM, loco Crab. Sur. 10 negotio] L^a, negotium L^b, negotium aM presbyteri Crab. Sur. vol] cum aM, aut Crab. Sur. archidiacono H

11 ante quod si ponitur numerus x B 12 uno corr. cum Sur. Sirm., una codd. ictos] L^a, ictus 30 L^baM si aM incerte M conclusione aM, inclusione Crab. Sur. 13 multetur aM.

14 ix] xi B feria] festivitate B usque ad natalem a 15 ieiunentur et sacrificeum quadragesimali debito quemadmodum ordine cœlebrantur Crab. quadragesimali B debebunt B

16 canones a legendus HA, legeñd B spatiale HA sanctiannis HA, sanctinus B ignorantia a.

35 18 xi] xii B de quolibet B cleri HA add. ita ante episcopo a oboedientie H, obedientiae AB devotionis HA 19 et] ut a feriatus a, feriatur H episcopi sui] L, eius B, om. HA et edd. illius post obsequio edd. 20 quacumque L^bB contumacia HA per cuiuscumque B patrocinium a 21 fortasse om. a degradetur B, segregetur Crab. Sur.

1) Cf. Hinschius IV, 836, n. 4 i. f. 2) Cf. Hinschius IV, 819, n. 4. 3) Cf. Thom.

4) P. I, l. 2, c. 46, num. 1; P. III, l. 3, c. 44, num. 1. 4) Fidem lectionis episcopus codices plures iisque meliores praestant. Cf. Loening II, 94, n. 1, ubi iam haec lectio defenditur et canon recte explicatur.

5) Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 20. 6) Cf. Hinschius IV, 849, n. 7; 850, n. 4.

7) Cf. conc. Chalc. c. 9. Primum inter concilia Galliae nostrum Matisonense clericos proprio vetat adversus alios clericos apud secularem iudicem experiri. Priora concilia, ut Andeg. c. 1, Venet. c. 9, Epaon. c. 11, Aurel. a. 538. c. 36 (32), Aspasia ep. Elusa. a. 551. c. 4, indistincte prohibent, clerici ne ad iudicem publicum trahantur.

8) Cf. Hinschius IV, 815, n. 3. 7. 9) C. 11 q. 1 c. 6. —

Cf. Hinschius IV, 819, n. 3. 10) Idem ordo iam a Perpetuo episcopo Turonensi institutus erat his verbis: De depositione domini Martini usque natale Domini terma in septimana ieiunia. Greg. Turon.

H. Fr. X, 31 (SS. Rer. Merov. I, 445). 11) Cf. Duchesne, Origines du culte chrétien p. 275.

12) Cf. Thom. P. II, l. 1, c. 4, num. 4. 13) Cf. Hinschius IV, 843, n. 5.

XI. Episcopi, presbyteri vel universi honoratores clereci cum sublimi dignetatis apice sublimantur, actibus omnino renuntient saeculi et ad sacrum electi mystrium repudient carnale consortium ac permixtiones pristinae contubernium permutent germanetatis affectum; et, quisquis ille est, divino munere benedictione percepta uxori prius suae frater illico officiatur ex coniuge. Eos vero, quos repperimus ardore libidenis inflammatos abieco religionis cingulo ad vomitum pristinum et inhibeta rursus coniugia repetuisse adque incesti quodammodo criminis clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam filii prodiderant: quod quisquis fecisse cognoscitur, omni in perpetuo, quam admisso iam crimine perdedit, dignitate privabitur¹.

XII. De pueris vero, quae se Deo voverint et praecclari decoris aetate ad terrenas nuptias transierint, id custodiendum esse decrevimus, ut, si qua puella voluntaria aut parentibus suis rogantibus religionem professa vel benedictionem fuerit consecuta et postea ad coniugium aut inlecebras saeculi, quod potius stuprum est quam coniugium iudicandum, transgredi praesumpserit, usque ad exitum cum ipso, qui se huiusmodi consortio miscuerit, communione privetur. Quod si se paenitentia ducti sequestraverint, quamdiu episcopo loci ipsius visum fuerit, a communionis gratia suspendantur, ita tamen, ut propter infirmitatem aut subitanum transetum viatecum illis miserationis intuitu non negetur².

XIII. Ne Iudei Christianis populis iudices deputentur³ aut tolonarii esse permittantur, per quod illis, quod Deus avertat, Christiani videantur esse subiecti.²⁰

XIV. Ut Iudeis a cena Domini usque prima pascha secundum edictum bonae recordationis domni Childeberti regis per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur⁴ et ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clerecis inpendant nec ante sacerdotes concessum nisi ordenati habere praesumant. Qui si facere fortasse praesumpserit, a iudicebus locorum, prout persona fuerit, distingatur.²¹

1 honoratores *L*^a*HA* sublime *HA* 2 ad sacrum] sacri *a*, sacro *edd.* ministerio *a*
 3 carnali consorcio *HA* ac] hanc *HA* pristinie *HA* contubernio *HA*, contubernia *B*
 germanetatis] gravitatis *Crab.* 4 affectu *HA*, effectu *B* quisque *a* illi *HA* divini
 muneric *Crab.* precepit *a* 6 cingulo] habitu *B* inhabita *a* 7 incesta *a* quodammodo
 corr. cum *edd.*, quemadmodum *a*, quaeadmodum *L* crimen *a* 8 fili *HA* quisquis] qui so
Crab. Sur. fecisse cognoscitur] *a*, facere praesumpserit *L*, sed vide conc. *Arcern.* a. 535. c. 13
 omne *a* 9 quam] quasi pro *B* admisse *HA* iam om. *B* perdita *B*.
 10 decore (decori *B*) aetatis *a* 11 transierunt *B* custodiendum] constituentium *a* volun-
 tarie *edd.* 12 relegione (religione) *a* benedictione *HA* 13 coniugio *HA** inlecebras] in
 libra *HA*, ad inlecebras *B*, ad voluntarium *Crab.* stupro *HA** coniugio *H* 14 ipsum *H*^a*A**³⁶
 15 miscuerit] maculetur *H*^a*A*, maculatur *H*^b, maculaverit *B*, maculavit *Crab.* se coll. post ducti
a penitentiam (paen-) *HA* 16 episcopo] ep̄i *a* ipsius] illius *a* 17 subitaneo *H*^a,
 subitanio *H*^a*A*, propter subitatum *B* viatecum] vitas cum *HA*, vitas *B* et *Crab. Sur.* add.
 communio ante illis *Sur.*, communio tunc ante non negotur *Crab.* intueta *H*^a*A*, intuitus *B*.
 19 ne] nec *HA*, om. *B* telonarii *B*.
 21 iudei *H*, iudei *A* a] ad *HA*, in *B* primum *B*^b primam diem post pascha
Crab. Sur. 22 foro *HA* 23 licentiam *HA* 24 clericus *B* consensum *HA*
 26 si om. *a*, hoc *edd.* praesumpserint *L*.

1) Vide conc. *Arvern.* a. 535. c. 13. 2) Cf. conc. *Valent.* a. 375. c. 2; conc. *Arel.* inter a. 442—506. hab. c. 52; conc. *Aurel.* a. 549. c. 19; conc. *Turon.* a. 567. c. 21 (20); conc. *Lugd.* a. 583. 4: c. 3. 3) Cf. conc. *Arvern.* a. 535. c. 9. 4) Cf. conc. *Aurel.* a. 538. c. 33 (30). Canonem usque ad c. denegetur *Pertius* collocaverat in extrema parte praeepti Childeberti *I.* regis (*LL. T. II.* p. 1); sed cf. *Capitularia regum Francorum* (*ed. Boretius*) *T. I.* p. 3.

XV. Et ut nullus Christianus Iudeorum conviviis participare praesummat. Quod si facere quicunque, quod nefas est dici, clericus aut saecularis praeumpsuerit, ab omnium Christianorum consortio se neverit cohærendum, quisquis eorum inpietatis fuit inquinatus¹.

XVI. Et licet, quid de Christianis, qui aut captitatis incursu aut quibuscumque fraudibus Iudeorum servitio implicantur, debeat observari, non solum cannonecis statutis, sed et legum beneficio iam pridem fuerit constitutum²; sed quia nunc ita quorundam quaerilla exorta est quosdam Iudeos per civitates aut municipia consistentes in tanta insolentia et protervia prorupisse, ut nec reclamantes Christianos liceat vel ad practium de eorum posse servitutem absolvit: idcirco praesenti concilio Deo auctore sancimus, ut nullus Christianus Iudeo deinceps debeat deservire, sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim soledis ipsum mancipium quicunque Christianus seu ad ingenuitatem seu ad servitium licentiam habeat redimendi, quia nefas est, ut, quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant inretiti. Quod si acquisitum haec, quae statuimus, quicunque Iudeus noluerit, quamdiu ad pacuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipio ipsi cum Christianis, ubicumque voluerit, habitare³.

XVII. Illud etiam spacialiter sancientes, quod, si quis Iudeus Christianum mancipium ad errorem Iudaicum convictus fuerit persuasisse, et ipsum mancipium careat et legali damnatione plectatur⁴.

XVIII. (XVII.) Id etiam pari coniventia placuit, ut, quia in universo populo multi pro peccatis esse dicuntur, qui ambitionis instinctu sunt periuriis inretiti, ut, si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium vel periurium adtraxisse aut per quamecumque corruptionem sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet; huius vero, qui ei in periurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi⁵.

XIX. (XVIII.) De his vero, qui innocentes aut principi aut iudicebus accusare convicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officii sui ordine regradetur, si vero

1) et om. α quo HA 2) quod] quia HA, qui B 3) om. ne B consortium HA
cohærendum] compescendum (coup-) α.

5) quid] quod α christianos HA 6) canoniceis HA, canouici B, ad r. canoniceis in marg.
canonibus Sur. statutis scriptis cum Sirm., statuta B, om. LHA Crab. Sur. 7) beneficio corr.
cum edd., beneficia codd. iam] sic iam B sed] tamen edd. 8) querellam α iudeis H,
iudeas AB tantam insolentiam et proterviam B 9) reclamantis HA, reclamare B, reclamantibus
Crab. Sur. christianis BCrab. Sur. ad practium de eorum] pretium deorum HA, pretia
iudeorum B, pretia de eorum edd. 10) posse om. Sirm. sancimus α ut nullus christianus
ss om. HA, quod qui Crab. 11) indeo α deceps HA 12) cuiuscumque B christianos (crist-)
HA, christiano B ingenuitate HA 13) servitio A habeant L 14) maneant Sirm.
15) haec] his edd. indeo HA 16) mantipium (manc- B) ipsum α.

Canon xvii. traditur codice L, desideratur a et ap. Crab. Sur., coniungitur cum canone antecedenti a Sirm. 18) et] ut Sirm.

40) 20) patri HA conibentiam HA, conibontia B ut om. edd. 21) pro peccatis lectio cor-
rupta, fortasse emendandum est propagati, peccatis involuti edd. 22) qui] quia HA ambitione
inflati sunt et periuriis Crab. instincti HA 23) falso testimonio vel periurio HA, falsa testi-
monia vel periuria B per quamecumque corruptionem] quacumque corruptione α 23) ipsi HA
quidem] vero L^a usque om. HA hilj L^b, hi α, his L^b 24) in periurio om. B consense
45) HA postea B post prohibendi add. et secundum legem infamia notabuntur α.
25) principe HA, apud principes B, coram principe Crab. Sur. indices B 26) convineti
L degradetur B

1) Cf. conc. Epaon. c. 15. 2) Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 30; Th. C. ne Christianum manci-
pium Iudeus habeat XVI, 9. 3) praesenti — habitare = D. 54 c. 18. — Cf. conc. Aurel. a. 538.
50 c. 14. 4) Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 31. 5) C. 22 q. 5 c. 7.

secularis communione privabitur, donec malum, quod admisit, per publicam paenitentiam digna satisfactione coponat¹⁾.

XX. (XIX.) Et licet priori titulo legatur definitum²⁾, quid de pueris, quae se divinis cultibus aut parentum aut sua voluntate decaverint; debeat observari, tamen quia monacha nomine Agnis, quae de monastirii septa fuga ante aliquos annos discesserat, in eodem est monastirio revocata et dicitur instigante diabulo agellos vel quascumque res ad se pertinentes alequibus potentibus velle donare, dummodo per eorum patrocinio se possit de intra monastirii sui septa subtrahere et voluptatibus saeculi clandestina vel singulari habitatione vacare: ideo praesenti constitutione sancimus, ut tam illa quam quaecumque alia monacha, quae sub hac argumentatione se de religionis habitu ad inlecebras saeculi subtrahere aut res suas pro tam iniquae delibera-
tionis causa quibuscumque dare censuerit, tam illa, quae hoc dare voluerit, quam illi, quicunque hoc acceperint, ne, quod Deus avertat, ambitionis instinctu religionis videatur regula vitiari, tamdiu sint a communionis gratia sequestrati, quamdiu res ipsas iis, a quibus hoc acceperant, digna paenitentiae satisfactione restituant.

1) privetur & donec—coponat om. a.
 3) legitur LB quid] quod HA, om. B 4) debet om. a 5) monica (menica B) non
 agnes & monastirii—codem est om. a 6) septis Sur. Sirm. aliquot Sur. Sirm. 6) mona-
 steris & 7) donare] dare Crab. 8) patrocinium B voluntatibus & 9) clandestina HA
 vacari HA, vocare B praesenti] prestanti HA, praestantiori Crab. sancimus & 10) illam 20
 L de religiōnis] de religio HA, de religioso B, derelicto Crab. 11) habito HA subtrahere
 om. a iniquae] inequam HA, iniqua et B iniqua inde liberationis Sur., nequa liberationis et
 in marg.: libertatis Crab. 12) illa] ille L dare] facere B quam] tam HA 13) ace-
 perint] B, acceperit rel. 14) ipsa eis (heis B) & 15) hoc] has edd. acceperant cum edd.
 scriptimus, acceperat codd. poenitentia (pen-) & poenitentia aut satisfactione Crab. resti- 25
 tuant] L^u et edd., restituat L^a.

1) Cf. Nissl, *Gerichtsstand* p. 23, n. 1; Hinschius IV, 822, n. 4. 2) Cf. supra c. 12.

Series subscriptionum ex codice L.

Priscus Lugdunensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.

Euantius Uienensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.

Artemius Senonensis aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.

Remedius Beturigae aeclesiae episcopus constitutionem nostram suscripsi.

Syagrius episcopus Aeduorum suscripsi.

Silvester episcopus Uesonciensis suscripsi.

Gallomagnus episcopus Trecassinensis suscripsi.

Aunacharius episcopus Autisioderensis suscripsi.

Uictor episcopus Trecastinensis suscripsi.

Esychius episcopus Gratianopolitanus suscripsi.

Heraclius episcopus Diniensis suscripsi.

Rignoaldus episcopus Ualentinensis suscripsi.

Eusebius episcopus Matescensis suscripsi.

29 constitū nost̄ susi cod. 30 uienī...constitū nost̄ susē cod. 31 senon...constitū
 nost̄ susē cod. 32 constitū nost̄ susi cod. 33 suscripsi] susē hic et semper cod. 35 trecas
 cod. 37 trecastiū cod. 38 gratianopol̄ cod. 40 ualentī cod. 41 matesē cod.

Namatius episcopus Aurilianensis suscripsi.
 Agrecola episcopus Nebernensis suscripsi.
 Mummulus episcopus Lingonensis suscripsi.
 Flauus episcopus Cabillonensis suscripsi.
⁵ Pappus episcopus Aptensis suscripsi.
 Hyeonius episcopus Mauriennensis suscripsi.
 Artemius episcopus Uasensis suscripsi.
 Marcianus episcopus Darantasiensis suscripsi.

1 auriliani cod. 2 neberni cod. 3 lingon cod. 4 cabillon cod. 0 maurienni
 10 cod. 8 darantasi cod.

Series subscriptionum ex codicibus a.

Nomina episcoporum qui in hunc concilio subscrivserunt.
 Priseus in Dei nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis constitutionem nostram suscripsi.
 Euantius peccator ecclesiae Viennensis constitutionem nostram suscripsi.
¹⁵ Artemius episcopus ecclesiae Senonice constitutionem nostram suscripsi.
 Remedius in Christi nomine episcopus ecclesiae Bituriae constitutionem nostram suscripsi.
 Gallomagnus in Christi nomine episcopus ecclesiae Tricassine constitutionem nostram suscripsi.
²⁰ Silvester in Christi nomine episcopus ecclesiae Uisoneensis constitutionem nostram sub-
scripsi.
 Siagrius in Christi nomine episcopus ecclesiae Eduorum constitutionem nostram suscripsi.
 Aunacharius in Christi nomine episcopus ecclesiae Autrice constitutionem nostram sub-
scripsi.
 Usicius episcopus ecclesiae Grecinopolitani constitutionem nostram suscripsi.
²⁵ Victor episcopus ecclesiae Triassine constitutionem nostram suscripsi.
 Eraelius episcopus ecclesiae Diensis constitutionem nostram suscripsi.
 Ragnoldus episcopus ecclesiae Valentine suscripsi.
 Namicius episcopus ecclesiae Aurilianensis suscripsi.
 Eusebius episcopus ecclesiae Matesensis suscripsi.
³⁰ Agrecola episcopus ecclesiae Nibernensis suscripsi.
 Mummulus episcopus ecclesiae Lingonice suscripsi.
 Flauus episcopus ecclesiae Cabillonensis suscripsi.
 Hiconius episcopus ecclesiae Mauriennatis suscripsi.
 Pappus episcopus ecclesiae Aptensis suscripsi.
³⁵ Artemius episcopus ecclesiae Uascensis suscripsi.
 Martianus episcopus ecclesiae Terentiasie suscripsi.

Expliciunt sinodus Matascensis, qui factus est anno XXII. regni domini nostri Ganthramini regis, die kl. Novembris, indicione XV.

12 hanc concilio **B** 13 constitutionem nostram *semper abbreviatur* const *nr* **a** suscripsi
⁴⁰ *semper abbreviatur* sub **H**, sub *aut* sub*si* **A**, sub*bi* **B** 14 uienensis **B** 21 aeduorum **A**
 22 aunaharius **AB** 25 uictus ... triastine **B** 26 const. nostram *om.* **AB** 27 rag-
 noardus **B** 28 aurilinensis **B** 29 eusepius **B** 31 mummulus **AB** 32 cabellonensis
⁴⁵ **B** 37 explicit **B** matesensis **AB** factus est; fac *nr* **H.A**, fuit factus **B** agno **HA**
 regni domini nostri regnum domini **HA** 38 iuditione **A**, iudictione **B**.

CONCILIUM VALENTINUM*.

585. Iun. 22.

Hanc synodum Surius primus in collectione sua II, 681 edidit. Sirmondus I, 379 radicem manu scriptum, quo usus sit, non laudat; conicimus igitur eum sicut et nos sola Suriana editione nisum esse.

Inscripta est apud Surium sic: Synodus habita in urbe Ualentina X. Kal. Iulii, anno XXIII. regni glorioissimi domini Guntramni regis, inductione secunda.

Indictio II. quae anno respondet, qui computatur a mense Septembri a. 583. non congruit cum anno regni XXIII, qui incipit a mense Decembri a. 584.

Fredegarius Chron. IV, 1 de rege Guntrammo haec scribit: Anno 24. regni sui 10 devino amore eclesiam beati Marcelli ... suburbanum Cabilonninsim, sed quidem tamen Sequanum est territorium, merefice et sollerter aedificare iussit ibique monachis congregatis monasterium condedit ipsamque ecclesiam rebus pluremis ditavit. Senodum 40 episcoporum fieri precepit et ad instar institutionis monasterii sanctorum Agauninsium, ... et huius senodi coniunctionem monasterium Sancti Marcelli Gunthramnus institutionem firmandam curavit. *Synodus, quam Gunthramnus rex fieri iussit, in editione novissima Fredegurii¹ eadem haberi videtur ac nostra Valentina; Cointius² verba Fredegurii ad concilium Matisconense a. 585. hab. refert; sed dicendum est utramque opinionem firmis argumentis carere³.*

Cum in urbe Ualentina iuxta imperium glorioissimi domini Guntramni regis nostra 20 mediocritas pro diversis pauperum querimonii convenisset, id primo authore Deo de crevimus sanciendum, quod pro salute regia et animae suae salvatione vel religionis statu censuimus oportunum. Id est ut, quia praedictus rex per virum illustrem Ascli- piodetum referendarium⁴ datis ad sanctam synodum epistolis suis iniunxit, ut, quod- eunque tam ipse quam bonae memoriae iugalis sua Austrechildis regina vel filiae⁵ eorum Deo sacrae puellae, id est bonae memoriae Clodeberga vel Clodehildis, locis sanctis contulissent aut adhuc conferre decreverint, autoritate apostolica deberet sancta synodus praesenti titulo manuum suarum subscriptione firmare; et quia tam laudabili devotioni non solum sacerdotalem, sed etiam divinam credimus posse conniventiam con spirare, idecirco praesenti constitutione unanimi consensu Deo medio synodus sancta 30

¹⁾ *Haec synodus in editionibus Concilium Valentinum II. insignitur.*

¹⁾ SS. Rer. Merov. II, 124, n. 4. ²⁾ *Annales ecclesiastici Francorum T. II, p. 292, num. XLIII.* ³⁾ Cf. quoque Mabillon, *Annales ordinis S. Benedicti*, T. I, p. 173; Longnon, *Géographie de la Gaule au VI. siècle* p. 217. ⁴⁾ Cf. Waitz, *Deutsche Verfassungsgesch.* II, 409, n. 2.

decrevit, ut, si quid basilicae sancti Marcelli vel sancti Symphoriani vel quibuscumque locis vel servientibus Deo per quascunque authoritates aut scripturarum epistolas praefatus dominus rex vel supra nuncupata iugalis sua filiaeque eorum sive in ministerio altiorum sive in quibuscumque speciebus, quae ad divinum cultum pertinere noseuntur, contulisse vel adhuc conferre voluerint, neque episcopi locorum neque potestas regia quoecunque tempore successura de eorum voluntate quicquam minorare aut auferre praesumat. Quod si quis hoc quoecunque tempore temerare aut auferre praesumperit, veluti necator pauperum anathemate perpetuo iudicii divini plectatur et veluti sacrilegii perpetrator criminis sui reus supplicii aeterni teneatur obnoxius^{1).}

¹⁰ Subscriptiones episcoporum.

- Sapaudus in Christi nomine episcopus ecclesiae Arelatensis subscripsi.
 Priscus in Christi nomine episcopus ecclesiae Lugdunensis subscripsi.
 Euantius in Christi nomine episcopus ecclesiae Vienensis subscripsi.
 Isitius in Christi nomine episcopus ecclesiae Gratianopolitanae subscripsi.
¹¹ Ragnoldus in Christi nomine episcopus ecclesiae Valentinae subscripsi.
 Trapidius in Christi nomine episcopus ecclesiae Aurasiae subscripsi.
 Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Matascensis subscripsi.
 Flauius in Christi nomine episcopus ecclesiae Cabilonensis subscripsi.
 Pappus in Christi nomine episcopus ecclesiae Aptensis subscripsi.
¹² Urbicus in Christi nomine episcopus ecclesiae Rhegiensis subscripsi.
 Aridius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uapicensis subscripsi.
 Arthemius in Christi nomine episcopus ecclesiae Uasensis subscripsi.
 Martianus in Christi nomine episcopus ecclesiae Tarantasiensis subscripsi.
 Pologronius in Christi nomine episcopus ecclesiae Sigestericae subscripsi.
¹³ Eusebius in Christi nomine episcopus ecclesiae Tricassinae subscripsi.
 Cariatto in Christi nomine episcopus ecclesiae Genauensis subscripsi.
 Boethius in Christi nomine episcopus ecclesiae Carpentoractensis subscripsi.

⁶ episcopi corr. cum Sirm., ab episcopis Sur.

1) Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 15; Thom. P. I, l. 3, c. 29, num. 4.

²⁰ CONCILIVM MATISCONENSE*.

585. (Oct. 23?)

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 160^r, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 175, Vaticanus 3827 (nobis B), fol. 118, qui tres codices, ubi inter se consentiunt, a nobis signo a notantur. In quibus haec inscriptio concilio praefigitur: Sinodus

³⁵ *) Haec synodus in libris editis Concilium Matisconense II. insignitur.

(synodus *B*) habita in civium (sic *IIA*, concilio *B*) Matesenses (Matesense *B*) anno XXIII. regni gloriosissimi Gunthramni regis (Guntramni regis *A*, Gunthram *B*). e

Alferunt concilium in collectionibus suis Crabbius II. 90, Surins II. 682, Sirmondus I. 381. m

Gregorius Turon. H. Fr. VIII, 12. 20 variorum negotiorum a concilio gestorum ac definiitorum meminit, quorum tamen in actis, quae conciliarum collectionibus manu scriptis continentur et quae sola hic edere curavimus, nulla fit mentio. v

Dies concilii incertus est. Sirmondus et alii, qui diem 23. mensis Octobris ponunt, Gregorium testem proferunt, qui H. Fr. VIII, 7 hanc scribit: Discedentes (sc. episcopi Palladius Santonensis et Berthecrammus Bardegatensis) . . . caueones et fideiussores v dederunt, ut decimo kalendas mensis noni ad sinodum convenienter¹. Cum vero a Gregorio locus concilii hic omittatur et eodem anno etiam in urbem Trecensem Campaniae a regibus Guntramno et Childeberto concilium convocatum sit², quod quidem ad irritum reductum est, in dubio relinquitur, utrum dies a Gregorio laudatus ad nostrum Matiso- nense an ad indictum istud a regibus concilium referri debent. 15 p

Resedentibus Prisco, Euantio, Praetextato, Berthecrammo, Artemio, Sulpitio metropolitanis episcopis cum omnibus consacerdotibus eorum Priscus episcopus patriarcha³ dixit: Gracias agimus Domino Deo nostro, fratres et consacerdotes mei, qui nos in hac die congregans alterna nos facit suspirate gaudere. Ceteri episcopi responderunt: Gaudemus, frater sanctissime, quod omnes episcopi, qui in regno gloriosissimi domini²⁰ Gunthramni regis episcopali honore funguntur, in uno se conspiciunt quadunati concilio. Propterea indesinenter omnes nos orare oportet, ut Dei omnipotentis magestas et regis nostri incolomitatem solita pietate conservet et nos omnes, qui membra sumus unius sub nostro capite quadunati, illa nos operare concedat, quae serenitati ac maiestate eius rite complacent. Universi episcopi dixerunt: Congratulamur et nos, patres²⁵ sanctissimi, qui per intervalla temporum separati hodie noscimur post tot temporum curricula fraterna dilectione corporaliter iungi; ideoque petemus, ut, quae tractanda sunt, vobis praeipientibus celeriter pertractentur, ne nos seve hiemis procellosa tempestas a sidibus propriis longitudine sua, quantum longe est, arecat. Metropolitanani omnes dixerunt: Deo auxiliante commune deliberatione singula, quae necessaria sunt, a nobis³⁰ a

*16 pretestato *B* berthecrammo scriptimus, berthecrammos *IIA*, berthecrammo *B* 19 fecit
edd. post episcopi add. metropolitani (qui quidem hic intellegendi sunt) edd. 20 fratres *H*
sanctissime] charissimo Crab. in om. *IIA* gloriosi *AB* 21 gunthramni *AB* con-
spiciunt] *B*^b, conspicunt *IIA* 22 quadunati scriptimus hic et c. 24. quadunati « 23 unus]
uno edd. post unus supplendum esse videtur corporis add. Christo post capite edd. serenitati^c 25
edd., serenitatis a maiestate *A*, magestate *B* 26 complacent] *B*, compliant *H*, complacent *A*
gratulamur Crab. Sur. 27 nascimur *IIA* 27 dilectione] edd., dilecti ne *IIA*, dilecta ne *B* 28 petimus *B* 28 saeve *A*, seva *B*
hiemis] Sur. Sirm. hiemps a 29 longitudine sua quantum longe est] quia longe sunt longitudine
sua edd. arecant *AB* metropolitani—deo spatio vacuo remisso om. *B* 30 omnes dixerunt] *A*, 40
omnes *H* 30 a] edd., om. a* e

1) SS. Rer. Merov. I, 330. 2) Greg. Turon. H. Fr. VIII, 13: Et quia placitum fuerat, ut Trecas Campaniae urbem de utrumque regnum coniungerent sacerdotibusque de regno Childeberthi congruum non fuit, Felix legatus . . . ait: Patruus tuus, o rex, diligenter interrogat, quis te ab hac promissione retraxit, ut sacerdotes regni vestri ad concilium, quod ximul decreveratis, venire differrent⁴⁵ (SS. Rer. Merov. I, 332). 3) Cf. Thom. P. I, l. 1, c. 21, num. 7. 8; Hirschius I, 513, n. 1.

definientur. Ille universae vestrae fraternitate suademus, ut ea, quae Spiritu sancto dictante per ora omnium nostrorum terminata fuerint, per omnes ecclesias innotescant, ut unusquisque, quid observare debeat, sine aliqua excusatione condiscat. Quoniam nos individua Trinitas, quemadmodum spiritu, corpore quoque in uno copulavit conventu, debemus sapienti consilio omnibus subvenire, ne forte taciturnitas nostra et nobis praejudicium Divinitatis afferat et subiectus in tentatione inducat.

I. Videmus enim populum Christianum temerario more die Dominica contentui tradere et sicut in privatis diebus operibus continua indulgere. Propterea per hanc simodalem nostram epistolam decernimus, ut unusquisque nostrum in sacrosanctis ecclesiis suis admoneat sibi subditam plebem; et si quidem admonitioni consensum praebeuerint, suis proderunt utilitatibus, sin autem, subiacebunt poenis a nobis divinitus definitis. Omnes itaque Christiani, qui non incassum hoc nomine fruimini, nostrae admonitione auroem accomodate, scientes, quoniam nostrae est auctoritatis utilitate vestrae prospicere et a malis operibus cohercere. Custodite diem Dominicam, quae nos denuo peperit et a peccatis omnibus liberavit. Nullus vestrum litium somitibus vacet, nullus ex vobis causarum actionis exerceat, nemo sibi talam necessitatem exibeat, quae iugum cervicibus iuvencorum imponere cogat. Estote omnes in himnis et laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis vestrum proximam habet ecclesiam, properet ad eandem et ibi Dominicō die semetipsum precibus lacrymisque afficiat. Sint oculi manusque vestrae toto illo diem ad Deum expause. Ipse est igitur dies requiotionis perpetuus¹, ipse nobis per septimi diei umbra insinuatos noscitur legibus et profetis. Iustum igitur est, ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus, quod non fuimus; fuimus enim ante servi peccati, sed per eum facti sumus filii iustitiae. Exhibeamus Dominum liberam servitutem, cuius nos novimus pietate de ergastulis liberatus errores, non quia hoc Dominus noster a nobis expedit, ut corporali abstinentia die Dominicā celebremus, sed querit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus coelum usque misericordior proveat. Si quis itaque vestrum hanc salubrem exhortationem parvi penderit aut contentui tradiderit, sciat se pro qualitatis merito principaliter a Deo punire et deinceps sacerdotali quoque irae implacabiliter subiaceere; si causedecus fuerit, irreparabiliter causam amittat; si rusticus aut servus, gravioribus fustium ictibus verberabitur; si clericus aut monachus, mensibus sex a consortio suspendetur fratrum². Hac namque omnia et placabilem erga nos Dei animum reddunt et plagas morborum vel sterilitatum amovent atque repellunt. Noctem quoque ipsam, quae nos inspiratae luci inaccess-

1) universae] *edd.*, universa α vestrae] *B*, *om.* *HA*, *coll. post fraternitati* *edd.* 2) per---
debeat *om.* *Sirm.* innotescantur *B* 3) quid] qui *H* 4) conventus *HA* 6) subiectos *B*
temptationem *B*.

Numeri canonum altera manu adscripti sunt *H*, semper desiderantur *A*, spatium vacuum remissum est *B* 7) diem dominicam *B* 9) nostrum] nostro *HA* 10) admonitionem *HA*
12) admonitioni *B* 13) nostra *H* 15) vacet] *B*, voeet *HA* ex vobis] *B*, ex *HA*, *om.*
edd. 16) exhibeat *AB* 17) iuvencorum] iumentorum *Crab. Sur.* hymnis *B* 19) lacri-
mique *AB* 20) illo die *B* expandi *HA* igitur] enim *edd.* 21) septimo *H*,
septimae *edd.* umbram insinuatus *B* legibus] α, rectius in lego *edd.* prophetis *B*
22) quod] *A*, qui *B*, quia *H* 23) enim *om.* *H* illi] servi *Sirm.* domino *B* 24) liberatos
erroris *B* 25) diem dominicam *B* 26) querit *AB* 27) exhortationem *B* 28) puniri *B*
29) deinceps] *B*, inceps *HA* causadicus *HA* reparabiliter *B* 30) amittat] *B*, mittat *A*,
mittit *H*, mittet *Crab.*, omittet *Sur.* *Sirm.* 31) suspendatur *H* haec] *B*, hanc *HA* 32) ste-
rilitatem *edd.* 33) inspiratae] supernae of *Crab.*

1) Cf. *Hinschius IV*, 289, n. 7. 2) Cf. *Hinschius IV*, 290, n. 3.

sibili reddit, spiritualibus exigamus excubii nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine tenus Christiani esse noscuntur, sed oremus et vigilemus operibus sacris, ut digni habeamur in regno haeredes fieri Salvatoris¹.

II. Pascha itaque nostrum, in quo sumunus sacerdos ac pontifex pro nostris delictis nullam habens obnoxiationem peccati immolatus est, debemus omnes festissime colere et sedulae observationis sinceritate in omnibus venerari, ut illis sanctissimis sex diebus nullus servile opus audeat facere, sed omnes simul quoadunati hinnis paschali bus indulgentes perseverationis nostrae praesentiam cotidianis sacrificiis ostendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem nostrum vespere, mane et meridie.

III. Relatione quorundam fratrum nostrorum comperimus Christianos non obser-¹⁰ vantes legitimum diem baptismi paene per singulus dies ac natalis martirum filios suos baptizare, ita ut vix duo vel tres reppereantur in sanctum pascha, qui per aquam et Spiritum sanctum regenerantur. Idecirco censensus, ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, praeter illos, quos infirmitas nimia aut dies extremus compellit filios suos baptismum percipere. Ideoque praesentibus admonitionibus a suis¹⁵ erroribus vel ignorantia revocati omnes omnino a die quadragesimo cum infantibus suis ad ecclesiam observare praecipimus, ut inpositionem manus certis diebus adepti et sacri olei liquore peruncti legitimi diei festivitate fruantur et sacro baptimate regenerantur, quo possint et honoribus, si vita comis fuerit, sacerdotalibus fungi et singu-²⁰ lares celebrationes solemnitate frui².

IV. Resedentibus nobis in sancto concilio cognovimus quosdam Christianos relato fratrum a mandato Dei aliquibus locis deviisse, ita ut nullus eorum legitimo obsecun-²⁵ dationis parere vellit officio Deitatis, dum sacris altaribus nullam admovent hostiam. Propterea decernimus, ut omnibus Dominicis diebus aris oblatio ab omnibus viris vel mulieribus offeratur tam panis quam vini, ut per has immolationes et peccatorum suorum fascibus careant et Abel vel ceteris iuste offerentibus promereantur esse con-³⁰ sortes. Omnes autem, qui definitiones nostras per inobedientiam evanescere contendit, anathema percellatur³.

V. Omnes igitur reliquias fidei sanctae catholicae causas, quas temporis longitu-³⁵ dine cognovimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum revocare, ne nos novis simus adversarii, dum ea, quae cognoscimus ad nostri ordines qualitatem per-

¹ reddidit Sur. Sirm. ² tenus] Sur. Sirm., actenus α, dimitaxat Crab. ³ cohaeredes
Crab. Sur.

7 hymnis B 8 ostendemus HA 9 vespero] B, vesper et H, vesper A.
11 martyrum B 12 sancto B 14 talia] B, alia HA illis B 15 filios suos] Crab. ss
Sur., filii suis α baptismum] edd., om. α 16 quadragesimo B 17 inpositio HA manuum
Sirm. 19 fungi] B, fungi HA 20 solemnitate] edd., solemnitates (soll-) HB, solemnitas A.
21 relatu B relato fratrum] relicto fratrum coetu edd. 22 legitimo—deitatis lectio corrupta
est 23 parere] B, pare HA nullam] B, illum HA, illum Crab. Sur. 24 aris] altaria edd.
oblationem B 26 offeratur] edd., offerre α 26 add. cum ante Abel edd. 27 omnis B 30
inobedientie H, inobedientia A contend... percellantur edd. 28 anathema] H, anathemate AB.
29 reliquis] edd., relegiose α temporibus B 30 nos post ne om. edd. 31 adversarius B

¹⁾ Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 31 (28); Loening II, 457. Huius canonis praecepta comprobata et promulgata sunt edicto Guntramni regis 'De celebrando die Dominicu', quod datum est a. 585. Nor. 10. (LL. Sect. I. Capitularia regum Francorum, T. I, p. 10); vide Loening II, 151; Hinschius III, 45 542, n. 3. ²⁾ Ex Greg. Turon. H. Fr. VIII, 9 colligitur tunc non inusitatum fuisse etiam in aliis festivitatibus baptizari, quod hic canon prohibet. Cf. Loening II, 352. n. 2; Hinschius IV, 30. n. 7; 35, n. 4. ³⁾ Cf. Thom. I^o III, l. 1, c. 13, num. 5.

tinere, aut non corregimus aut, quod nefas est, silentio praeterimus. Legis itaque divinae consolentes sacerdotibus ac ministris ecclesiarum pro hereditaria portione omni populum presiperunt decimas fructuum suorum locis sacris praestare, ut nullo labore impediti horis legitimis spiritualibus possint vacare mysteriis, quas legis Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas. Nunc autem paulatim praevaricatores legum peni Christiani omnes ostenduntur, dum ea, quae divinitus sancita sunt, adimplere neglegunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur et decimas ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populos omnis inferat, quas sacerdotes aut in pauperum usibus aut captivorum redemptionem prerogantis suis orationibus populo pacem ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, a membris ecclesiae omni tempore separetur¹.

VI. Item decernimus, ut nullus presbiterorum confertus cibo aut erupatus vino sacrificia correctare aut missas pribatis festisque diebus praesumat concelebrare; iniustum est enim, ut spirituali alimento corporale praeponatur. Sed si quis hoc adtempitate curaverit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali causa et in conciliis Africani definitum est, quam definitionem nostre quoque dignum duximus sotiare; cetera et ad locum: *Sacramenta excepta quinta feria pasche non nisi a iejunis concelebrentur*². Quaecumque reliquias sacrificiorum post peractam missa in sacrario supersederint, quarta vel sexta feria innocentes ab illo, cuius interest, ad ecclesiam adducantur et indictum eis iejunio easdem reliquias conspersas vino accipient³.

VII. Dum postea universo coetu secundum consuetudinem recitata innotescerent, Praetextatus et Pappolus viri beatissimi dixerunt: Decernat itaque et de miseris libertis vestrae auctoritatis vigor insignis, qui ideo plus a iudicibus affliguntur, quia sacris sunt commendati ecclesiis, ut, quas se quispiam dixerit contra eos actionis habere, non audeat eas magistratui cumtradere, sed in episcopi tantum iudicio, in cuius presentia litem contestans quae sunt iusticie ac veritatis, audiat. Indignum est enim, ut hii, qui in sacrosancta ecclesia iure noseuntur legitimo manumissi, aut per epistolam aut per testamentum aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, a quolibet

1) quod] quia *H* leges *B* 2) consulentes *B* hereditatis *Sirm.* 3) populo *B*
so 4) impediti horis] *B*, inpetiis *HA*, impediti res *Sur.* impediti per *Crab.* illegitimas *Crab.*,
legitime *Sur.* possit *HA* mysteriis *B*, ministeriis *edd.* leges *B* 6) pene *B* 7) re-
paratur *H* 8) quas] quibus *Crab.* 9) usum *edd.* prerogantes *B*, prorogatis *Crab.*
12) presbiterorum] *B*, prob*m* *HA* 13) festisque] feriatisque *B* praesumat] *B*, om. *HA*
14) adtemtare *A*, attentare *B* 15) amittat] *B*, omittat *HA* 16) nostro *edd.* cetera] decreto
in *edd.* 17) non nisi a iejunis correxiimus secundum c. 41 conc. *Carthag.* ap. *Dionys.* (*Brev. Hippo.*
c. 28), nisi iejunio *a*, *edd.* praebet textum integrum primae partis canonis, cf. *infra* n. 2) con-
celebrentur] non celebrentur *B* 18) missam *B* 19) eius] *edd.*, cui *a* 20) eis] *A^b*, eius *HA^a*,
est *B* iejunii *B* accipiant] percipiunt *edd.*
21) add. quae ante dum *edd.* coetus *HA* innotesceret *H* 22) pretestus *B*
so pappolus *B* 24) quas se] si quas *edd.* actiones *B* 25) eas correxiimus, eos *B* et *edd.*, eius
HA cumtradere] *H*, contradere *AB* presentia litem contestans scriptus cum *Sur.* *Sirm.*,
presentialiter contestant *HA*, patrocinio presenti alter constant *B*, iudicio principaliter constant *Crab.*
26) institiae *AB* auditat om. *Crab.* hi *B* 27) nascuntur *HA* legitime *B* manu-
missi] *B*, manemissi *H*, manamissi *A* aut post manumissi om. *H* 28) add. ne ante a *Crab.*

1) Cf. epist. episcoporum ad plebem supra p. 137; Thom. P. III, l. 1, c. 6, num. 4; Richter,
Kirchenrecht § 309, n. 3; Loening II, 677, n. 3. 2) Summarium primae partis canonis 41 conc.
Carthag. ap. *Dionys.* (*Brev. Hippo.* c. 28), cuius verba haec sunt: *Ut sacramenta altaris non nisi a*
iejunis hominibus celebrentur excepto uno die anniversario, quo coena Domini celebratur. 3) Cf.
Hinschius IV, 67, n. 4.

iniustissime inquietentur². Universa sacerdotalis congregatio dixit: Iustum est, ut contra calumniatorum omnium versutias defendantar, qui patrocinium immortalis ecclesiae concupiscunt et, quicunque a nobis de libertis latum decretum superbiae nisu praevaricare temptaverit, irreparabile damnationis suae sententiam feriat. Sed si placuerit episcopo, ut secum ordinarium judicem aut quemlibet alium saecularem in audienciam eorum accessiret, cum libuerit, fiat, ut nullus alius audent per causas transire liberorum nisi episcopus, cuius interest, ant his, cui idem audiendum tradiderit³.

VIII. Item Christianae religionis negotia pertractantes compemus quosdam Seudochristianos de sacrosanctis ecclesiis suae religionis oblitus fugitivos subtrahere. Ideoque vim illatam nequaquam inultam relinquentes censemus pro Dei timore, ut, quicumque ¹⁰ culpa compellente aut potentum importunia non sustinens suae gremium matris ecclesiae petierit, usque in praesentiam sacerdotes in eodem loco inconcuse permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo fugitivo etiam in locis sacris violentiam inferre. Si enim mundani principes suis legibus censuerunt, ut, quicumque ad eorum statuas fugiret, in Iesu habeatur, quanto magis hi permanere debeant indemni, qui ¹⁵ patrocinia immortalis regni adepti sunt celestis? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxii, qui ad ecclesiam sunt fugam versi, quoram sacerdote culpe eorum innescant et ipsi consultum ferant, qualiter Dei habitaculum per subtractione non violetur illorum⁴.

IX. Licet reverentissime canones atque sacratissime legis⁵ de episcopali audiencia in ipso pene Christianitatis principio sententiam protulerint, tamen quoniam eandem postpositam humanam in sacerdotibus Dei incrassatur temeritas, ita ut eos de atris venerabilium ecclesiarum violenter abstractos ergastulis publicis addicant, censemus, ut episcopum nullus saecularium fascibus praeditus iure suo contumaciter ac perpere agens de sancta ecclesia, cui praecest, trahere audent; sed si quas intentiones adversus episcopum potentior persona habuerit, perget ad metropolitanum episcopum et ei causas ²⁵ adlegit et ipsius sit potestatis honorabiliter episcopum, de quo agitur, evocare et in eius presentiam accusatore respondeat et oppositas ibi actiones⁶ exerceat⁷. Quod si talis fuerit inumanitas causae, ut eam solus metropolitanus definire non valeat, advocet secum unum vel duos quoepiscopos; quod si et ipsis dubietas fuerit, conciliabulum

² ecclia HA ³ latum] lectum B ⁴ nisu] ausu edd. ⁵ temptaverit AB sen-³⁰ tentia B ⁶ ut secum om. edd. ⁷ 6 accessiret correcimus, accessire ut HA, accessire sicut B, accessiri edd. ut et Sirm. per causas transire] causas pertractare edd.

⁸ christiani HA ⁹ pseudochristianos B ¹⁰ oblitos B ¹¹ gremium] edd., gremia B, grama HA ¹² inconcuse] edd., incusse (i-sao) a ¹³ permaneat] edd., permaneant a ¹⁴ si] Sirm., sic a ¹⁵ statuas] edd., stata a ¹⁶ fugerit B ¹⁷ debent edd. ¹⁸ regnij] edd., regine ss a ¹⁹ adepti sunt celestis) et coelestis adepti sunt edd. ²⁰ fugam] a, a fuga edd. ipse...ferat Sirm. ²¹ subtractionem B.

²² reverentissimi B ²³ ipso] edd., ipsa a ²⁴ paene AB ²⁵ sententiam] edd., sententie (s-tiae) a ²⁶ protulerunt H ²⁷ eadem postposita humana B ²⁸ 21 sacerdotes edd. ²⁹ grassatur edd. eos] B, eo HA, om. Crab. ³⁰ 22 abstractos] edd., abstractos HA, abstractos B ³¹ addicant] Sur. ⁴⁰ Sirm., addicent HA, addicent B, addicent Crab. ³² 23 ep̄os B ³³ perperam edd. ³⁴ 24 quas intentiones scripsimus, a qua sententio H, a qua intentiones A, alias intentiones B, aliud (quid Sirm.) contentionis edd. ³⁵ 26 episcopum] edd., ab episcopo a ³⁶ ut edd. ³⁷ 27 accusatori B ³⁸ oppositas ibi scripsimus, oposita sibi B, adpositas sibi HA, oppositas sibi edd. ³⁹ exerceat] exticeat edd. ⁴⁰ causa post talis et om. causae post inumanitas H

¹⁾ Cf. conc. Agath. c. 29; Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 6. ²⁾ Cf. Loening II, 237, n. 1. 2.

³⁾ Cf. conc. Aurel. a. 549, c. 22; Thom. P. II, l. 3, c. 97, num. 6. ⁴⁾ Cf. c. 12 cum interp. Th. C. de episcopis XVI, 12; iunge Loening II, 620. 621, n. 1.

⁵⁾ coe actiones hic expositionem causar significat, quam ab accusatore factae expositioni reus opponit, arg. c. 1 Th. C. de appell. et pun. XI, 30. ⁶⁾ Cf. conc. Aurel. a. 549, c. 17.

definitum diem vel tempore instituant, in quo universa rite collecta fraternitas coepi-
scopi sui causas discutiat et pro merito aut iustificet aut culpet¹. Nefas est enim, ut
illius manibus episcopus aut iussione de ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat
et cui invocato nomine Domini ad salvationem corporis animaeque eucharistia saepe
porrexit. Hoc enim decretum a nobis infixum qui fuerit audaciter transgressus, tam
ipse quam omnes, qui ei consenserint, usque ad generalem concilium anathemate de
ecclesia suspendantur².

X. Quod de episcopis censuimus, obteneat et in clero, ut neque presbyter neque
diaconus neque subdiaconus de ecclesiis trahantur aut iniuriam aliqua inscio episcopum
eorum patientur; sed, quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam episcopi proprii
perducat et ipsi causa iustitia preeunte discutiens animo clericos accusantis satisfiat³.

XI. Sectatores nos hospitalitatis esse non solum Dominus Iesus admonet, cum se
dicit in hospidem receptum fuisse, sed etiam eius apostolus omnibus paene suis praec.⁴ Matth. 25, 35.
Propterea, beatissimi fratres, unusquis nostrum oportet non solum semet ipsum
ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentis, ut possent apud Deo miseri-
cordiae operibus pro nostris peccatis intercedere et nos ei per veram hospitalitatem
reconciliare. Si quis ergo nostrum non ammonuerit aut exemplum exhortationis sue ipsi
prius opere non conprobaret, indignationem procul dubio incurrit Domini maiestatis.
Predicetur hoc nostrae mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum⁵.

XII. Quid autem scriptura divina de viduis et pupillis praecipiat, nobis clam non
est. Ideoque quoniam provisioni nostre Deo auctore causae principaliter viduarum et
pupillorum sunt commissae, pervenit ad nos, quod a iudicibus crudelius pro levissimis
causis, velut defensore carentes, inremediabiliter affligantur. Ob quam causam decerni-
mus, ut iudicis non prius viduas et pupilos convenient, nisi episcopo nunciarent, cuius
sub velamine degunt — quod si episcopus praesens non fuerit, archidiacono vel presby-
tero cuidam eius —, ut pariter sedentes communis deliberationis causis eorum terminus
figant ita iusti ac recte, ut deinceps de talibus ante dictae personae non conquassentur.
Quod si his, qui iudex est aut inpetitor, eis iniuriam aliquam ingesserit aut definitionem

1 definito die *B* collecta fraternitas] *Sur. Sirm.*, collecte (collecta *B*) fraternitatis *a*, collecti
fratris sui et *Crab.* 2 discutiant... iustificant... culpent *Crab.* 4 animaeque] *edd.*, animique
a eucharistiam *B* 6 infixum] *praefixum edd.* 6 generale *B* 7 suspendantur] separantur *edd.*
8 consensu *B* vim obtineat *Crab.* obtinet *Sirm.* 9 aliquam *B* episcopo *B*
10 patientur] *edd.*, patientur *a* 11 ipse causam *B* iustitie *H* pereunte *HA* accusan-
tes *B*. 12 hospidem] hospite *B* 14 unusqnis] unumquemque *B* 15 hortari] *Sur. Sirm.*, optare
corrupte ex forma vulgari ortare *HA*, aptare *B* possint *B* apud deo *scriptissimus*, deo *HA*,
ad domum *B*, apud Deum *edd.* 16 operibus] *B*, operis *HA* per veram] *Crab.*, perperam *HA*,
per ipsam *B*, per puram *Sur. Sirm.* 17 exhortationis *B* ipso *B* 18 non om. *HA*
comprobaverit *B* indignationem divinae *Crab.* incurret *B* domini om. *Crab.* 19 sta-
tum *HA*. 20 21 provisioni] *edd.*, provisionis *a* deo] *B*, dum *A* 22 pupillarum *HA* iudei-
bus om. *B* 24 nisi] quam *B* episcopo] *B*, episcopi *A*, opi *H* nuntient *B* 25 quod]
quia *H* archidi^c *H* archidiaconus et presbyter omissis verbis eidam eins ut *Crab.* 26 cuius-
dam *B* terminos *B* 27 iuste *B* dicti *HA* 28 quod] *A*, quia *H*, qui *B* is *B*
inpetitor] *B*, impeditur *HA*

1) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 9. 2) Cf. Hinschius IV, 857, n. 3. 3) Cf. conc.
Matisc. a. 583. c. 7; Thom. P. II, l. 3, c. 105, num. 3. 9; Nisal, Gerichtsstand p. 199; Hinschius
IV, 850, n. 2; 857, n. 3. 4) Cf. Thom. P. III, l. 3, c. 47, num. 2.

tanti concilii transgressus fuerit, a communione suspendatur. Quibus igitur magnarum rerum curae commissae sunt, nec minimarum dignum est parvi pendere personarum: solent enim et minima paupertatim despecta in malum magnum trahere¹.

XIII. Propterea tractatis omnibus, quae divine vel humane iuris fuerunt, et finem usque perducta putavimus congruum esse de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere. Volumus igitur, quod episcopalibus domus, quae ad hoc Deo favente instituta est, ut sine personarum acceptance omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hui, qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, detrimentum versa vice suorum susteneant corporum. Custodienda est igitur episcopalibus habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Ubi igitur Dei est assiduitas cantilenae, monstrum est et decoris nota canes ibi vel accipitres habitare².

XIV. Ex interpellatione quorundam cognovimus calcatis canonibus et legibus hi, qui latere regis adhaerent, vel alii, qui potentia saeculari inflantur, res alienas competere et nullis exerts actionibus aut convintionibus praerogatis miserios non solum de agris, sed etiam de domibus propriis exolare. Idecirco in medio consolentis decernimus, ut deinceps huius mali licentia quispiam non habeat, sed secundum canonum atque legum tenore causarum suarum actione proponat, ut nullus miserorum rebus suis per virtute aut adsentatione quamlibet defraudetur. Illi autem, qui contra dispostum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum et regum venire temptaverint, pro celosi anathematis ultione plectantur³.

XV. Et quia ordinatione sacerdotum annuente Deo congruit de omnibus disponere et causis singulis honestum terminum dare, ut per hos reverentissimus canones et praeteritorum canonum viror ac florida germina maturis fructibus enitiscant, statuemus, ut, si quis saecularium honoratorum in itinere obviam habuerit aliquem ecclesiasticorum gradum usque ad inferiorem gradum honores, veneranter, sicut condebet Christianum, illi colla subdat, per cuius officia et obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem illi seculares aequo vehitur clericusque similiter, seculares galerum de capite auferat et clericu sincere salutationis munus adhibeat; si vero clericus pedes graditur et seculares vehitur equo, illico ad terram defluat et debitum honorem sepe⁴

1 magnorum B 2 curae] B, curate HA, causas edd. commissae sunt] commisserunt
 B add. causas ante parvi edd. 3 despecta] B, dispectam HA.
 4 add. legis post divine B humani B 5 ad finem usque B perductis B add.
 scribem post etiam B accipitrem HA 6 aliqua statuere] edd., om. a quod] B, que H,
 quae A 7 hospitalem B 8 habeat] edd., habere a hi B 9 susteneat H 10 latrati-
 bus] edd., latrantibus HA, intrantibus canibus B 11 est om., add. esse debet post cantilenae B.
 13 add. quod ante calcatis edd. leigibus B 14 lateri B alii qui correximus, aliqui
 HA, aliqua B, aliqui qui edd. 15 nullus HA exertsis B convictionibus Sur. Sirm.
 16 in medio consolentis] a, in remedium consulentes edd. 17 licentiam B 18 tenorem B
 actionem B proponant HA 19 virtute] HA, virtutem B, vim edd. adventiationem B 40
 20 temptaverint AB.
 23 ut] edd., om. a et] ut B 24 statuimus B 25 saecularium om. Crab. add. quem-
 piam clericorum ante honoratorum edd. honoratorum B obviam] B, obiam HA, obvium
 edd. aliquem eccles. graduum] B, om. HA 26 honoris B venerantur B 27 ille AB
 28 golerum H 29 clericus incere HA salutatione A, salvatione H 30 add. sublimis post e-
 quo Sur. Sirm. debiti honores HA sepe dicto] praedicto edd.

1) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 88, num. 2. 2) Cf. conc. Epaon. c. 4; Thom. P. III, l. 3, c. 42.
 num. 2. 3) Cf. Hinschius IV, 831, n. 1.

dicio clero sinecerae caritatis exhibeat, ut Deus, qui vera caritas est, in utrisque laetetur et dilectione suae utrumque ascenscat¹. Qui vero horum, quae Spiritu sancto dictante sancta sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quantum episcopus illius ecclesiae voluerit, suspendatur.

XVI. Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut, quae uxor subdiaconi vel exorcistae vel acoliti fuerat, mortuo illo secundo se non audeat sotire matrimonio. Quod si feceret, separetur et in coenubiis puellarum Dei tradatur et ibi usque ad exitum vitae suae permaneat².

XVII. Comperimus multos needum marcida mortuorum membra sepulchra reserare et mortuos suos superimponere vel aliorum, quod nefas est, mortuis suis religiosa loca usurpare, sine voluntate scilicet domini sepulchrorum. Ideoque statuemus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum auctoritatem superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

XVIII. Incestam copulationem, in qua nec coniunx nec nuptiae recte appellare legis sanxerunt, catholicum omnino detestatur atque abominatur ecclesiam et gravioribus penis eos officere promittit, qui nativitatis suaes gradus libidinoso ardore contententes in merda, quod nefas est, sua ut sues tetricimi convolvuntur³.

XIX. Cognovimus etiam quosdam clericorum infreniticus ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessus hunc canonem protulimus definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat neque intersit atrio sauciolo, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est⁴. Si tamen et nunc aliquis eorum definita contempnens illuc accesserit aut interfuerit, defraudatus onesti honoris stola illis gregibus examinatorum societur, quos divinis pretulit ministeriis⁵.

XX. Universae fraternitatis deliberatione ac disputatione complacuit, ut antiquorum patrum iura in omnibus custodita ad synodus post trietericum tempus omnes convenient, ut de alterna principaliter sospitare exhilarati causarum exsurgentium tam divinac relegionis quam humanae necessitates discutiant et omnibus iustum aequumque

2 et om. HA dilectioni B dilectione sua Crab. Sur. adscendent B, ad hanc v. Crab. Sur. in marg.: adstringat horum aliquod B, haec Sur. Sirm. 4 quantum] quamdiu edd.

5 rectum] B, reatum HA 6 exhoristicae B 7 quid HA coenobitis B ibidem edd.

9 marcidatis... membris edd. 11 domine HA statulimus B 12 legem Crab. auctoritatem] B, om. HA et Crab., decreta Sur. Sirm. 13 tumulis] stimulis B.

35 14 in qua] quam B coniunx] edd., dux a. Sur. in marg.: dos nuptias B 15 leges B sanexortum AB catholica... ecclesia B 16 poenis AB libidinoso HA 17 merda] edd., ordo a sua] Sirm., suum a, om. Crab. Sur. tetricimi] edd., deterrimi a.

18 quosdam] edd., quandam HA, quoasdum B infreniticus] infrunitos edd. 20 ut] et H reorum] edd., corum a 21 si tamen] sit autem B 22 et] ex Crab., om. Sur. Sirm.

10 aliquis] B, aliquid HA contemnen AB illuc] B, illud HA defraudator B 23 onost A, honesti B illus] Sur. Sirm., illius a, om. Crab. 24 mysteria Sur. Sirm.

25 disputatione] definitione edd. 26 iuribus... custoditis edd. trietericum] triennii Crab. Sur., Sur. in marg.: trietericum 27 sospitati A causas exsurgentem Sirm., item Sur. in marg.

28 humana HA omnibus] oīns B

45 1) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 60, num. 6. 2) Cf. Thom. P. I, l. 3, c. 51, num. 9; Freisen, Gesch. d. canon. Ehrechts p. 747. 3) Cf. conc. Lugd. a. 581, c. 4. 4) Cf. Loening II, 314, n. 2.

5) Cf. Nissl p. 23, n. 3.

finem imponant. Et hoc adimplere sollicitudinis sit metropolitane Lugdunensis episcopi una cum dispositione magnifici principes nostri prius defnientis locum mediterraneum, ad quem omnes episcopi sine labore alacres congregentur. Et si aliqui eorum contumax fuerit aut excusationem falsae necessitatis, quare non intersit, invenerit et postea publicatum fuerit, quod inepta erat eius excusatio, volumus, ut usque ad concilium universale a communione et a caritate fraterna maneat alienus¹⁾.

Subscriptiones episcoporum.

Priscus episcopus ecclesiae Lugdunensis subscripti.	
Euantius episcopus ecclesiae Uienensis subscripti.	
Pretextatus episcopus ecclesiae Rotomagensis subscripti.	10
Bertechramnus episcopus ecclesiae Burdegalensis subscripti.	
Artemius episcopus ecclesiae Senonice subscripti.	
Sulpitius episcopus ecclesiae Botorie subscripti.	
Siagrius episcopus ecclesiae Eduorum subscripti.	
Orestis episcopus ecclesiae Uastice subscripti.	15
Faustus episcopus ecclesiae Ausciorum subscripti.	
Aunacharius episcopus ecclesiae Autisiderensis subscripti.	
Esitius episcopus ecclesiae Gracinopolitane subscripti.	
Silvester episcopus ecclesiae Uisonensis subscripti.	
Teudorus episcopus ecclesiae Massiliensis subscripti.	20
Feriolus episcopus ecclesiae Lemodicine subscripti.	
Palladius episcopus ecclesiae Santonice subscripti.	
Ragnoaldus episcopus ecclesiae Ualentine subscripti.	
Pappolus episcopus ecclesiae Carnotine subscripti.	
Eraclius episcopus ecclesiae Diniensis subscripti.	25
Eusebius episcopus ecclesiae Matescensis subscripti.	
Namaticius episcopus ecclesiae Aurilianensis subscripti.	
Agrecola episcopus ecclesiae Niuernensis subscripti.	
Ragnebodus episcopus ecclesiae Parisseorum subscripti.	
Mummolus episcopus ecclesiae Lingonice subscripti.	30
Marius episcopus ecclesiae Auentice subscripti.	
Trapecius episcopus ecclesiae Aurasice subscripti.	
Flanius episcopus ecclesiae Cabillonensis subscripti.	
Ueranus episcopus ecclesiae Cabellicorum subscripti.	
Antidius episcopus ecclesiae Agennensium subscripti.	35
Carterius episcopus ecclesiae Petrocorice subscripti.	
Rusticus episcopus ecclesiae Uicoiuliensis subscripti.	
Sauinus episcopus ecclesiae Bernarnensium subscripti.	

1) in finem *HA* metropolitani *B* 3 ad quem] *B*, atque *HA* aliquis *B* 4 nec-
sitati *HA* quare nou] *edd.*, qualiter *HA*, qualiter ne *B*.
8 subscripti] subscript hic, postea plerunque subī vel sūb, v. 16 subī *H*, subī vel sūb *A*, subser-
B 10 rotomagensis] *B*, rotomagensis *H*, rotomagensis *A* 14 neuorum *A* 15 Orestis sub-
scriptionem antecedit Fausti subscriptio *B* 20 teudorus *B* 27 aurelianensis *B* 28 Agri-
colae subscriptio cum Ragnebodi subscriptione sic confunditur: agricola e. e. parisiorum s. *B*
29 parisiorum *A* 33 cabilonensis *B* 36 casterius *H* 46

1) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 1.

Rufinus episcopus ecclesiae Combenice subscripti.
 Nicasius episcopus ecclesiae Aquilimense subscripti.
 Bandigisilus episcopus ecclesiae Celomantorum subscripti.
 Chariato episcopus ecclesiae Genauensis subscripti.
 Lucearius episcopus ecclesiae Elaborense subscripti.
 Amelius episcopus ecclesiae Bioretane subscripti.
 Ursitinus episcopus ecclesiae Cadorcine subscripti.
 Urbicus episcopus ecclesiae Regensis subscripti.
 Aridius episcopus ecclesiae Uappicensis subscripti.
 Emeritus episcopus ecclesiae Ebridunensis subscripti.
 Hiconius episcopus ecclesiae Mauriennatis subscripti.
 Agrecius episcopus ecclesiae Glannatine subscripti.

Item missi episcoporum qui in ea synodo subscripterunt.
 Saupaudi episcopi ab Arelato. Optati episcopi ab Antepoli.
 Deuteri episcopi a Uentio. Desiderii episcopi a Telone.
 Pienti episcopi ab Aquis. Pauli episcopi a Dea.
 Laban episcopi ab Elosa. Magnulfi episcopi a Tolosa.

Pologronius episcopus ecclesiae Segesterice subscripti.
 Martianus episcopus ecclesiae Tarantasia subscripti.
 Artemius episcopus ecclesiae Uasensis subscripti.
 Boetius episcopus ecclesiae Carpentoraseensis subscripti.
 Pappus episcopus ecclesiae Aptensium subscripti.
 Eusebius episcopus ecclesiae Tricassinorum subscripti.
 Felix episcopus ecclesiae Belesensis subscripti.
 Agrecius episcopus ecclesiae Tricassine subscripti.

Catholini episcopi a Niccia.
 Eliodori episcopi a Sedunis.
 Iohannis episcopi ab Auione.
 Uigili episcopi a Senectio.

Item episcopi qui in ea sinodo fuerunt non habentes sedes:
 Frunimus episcopus¹. Promotus episcopus². Fantianus episcopus³.
 Explicit sinodus Matescensis.

3 caelomantorum AB 4 chariatus B 6 biorecane B 14 ab antepoli correximus,
 ab topoli HA, aptepoli B 15 uentio] uenientio AB a telone correximus, antelone &
 17 elusa B 18 pilogronius B 21 carpentoranensis B 24 Felicis et Agrecii subscriptiones
 desiderantur B 26 caxholini B niccia] AB, nacia H post nlecia add. subscripti & 27 olio-
 dori] AB, oladri H post sedunis add. subscripti H 31 fronimus AB faucianus AB.

1) Cf. Gallia Christ. VI, 668. 2) Fortasse ille, qui a synodo Parisensi a. 573. hab. depo-
 situs erat. 3) Cf. Gallia Christ. I, 1039.

CONCILIUM A REGE GUNTRAMNO

indictum in a. 588. Iun. 1.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 20 res a. 588. gestas describens haec narrat: Et ego (sc. Gregorius ipse ad regem Guntramnum missus): Inde castis enim nepoti vestro (sc. regi Childeberto), ut omnes regni sui episcopi in unum convenirent, quia multa sunt, quae debeant indecare. Sed iuxta consuetudinem canonum placebat gloriosissimum nepoti vestro, ut unusquisque metropolis cum provincialibus suis coniungeretur et tunc, quae inrationabiliter in regione propria fiebant, sanczione sacerdotali emendarentur. Quae enim causa extat, ut in unum tanta multitudo conveniat? Aeclesiac fides periculo ullo non quatitur; haeresis nova non surgit. Quae erit ista necessitas, ut tanti debeant in unum coniungi domini sacerdotes? Et ille: *Sunt multa, inquit, quae debeant discerni, quae iniuste gesta sunt tam de incestis, quam de ipsis, quae inter nos aguntur causis. Sed praeципue illa Dei causa extat omnibus maior, ut inquerere debeatis, cur Praetextatus episcopus gladio in aeclesia fuerit interemptus. Sed et de his, qui pro luxoriā accusantur, debet esse discussio, ut aut victi sanctione sacerdotali debeant emendari, aut certe, si innocentes inveniuntur, publice error criminis auferatur.* Tunc iussit, ut in kalendis mensis quarti (sc. Iunii) haec sinodus prolongaretur¹. *Synodus, quae rege iubente congregari debuit, sitne habitu ignoramus.*

1) SS. Rer. Merov. I, 378.

CONCILIUM INCERTI LOCI.

589. Nov. 1.

De alia synodo Guntramni regis iussu congregata e Gregorio Turon. H. Fr. IX, 32 compertum habemus. Exponens ibidem discordias inter Guntramnum et Childebertum reges haec scribit: Multa autem et in Brunichildem regina opprobria iactabat (sc. Gun-

trammus), dicens eius consilio haec fieri, addens etiam, quod Gundovaldi quondam filium invitatum coniugio copulare vellit; unde etiam synodus episcoporum in kalendas Novembris congregare praecepit. Multique de extremis partibus Galliarum ad hoc convenit properantes de via regressi sunt pro eo, quod Brunichildis regina se ab hoc criminis exuit sacramentis¹.

1) *SS. Rer. Merov. I, 380.*

CONCILIUM SAURICIACENSE.

589.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 37 inter res a. 589. gestas mentionem facit synodi apud Sauriciacum villam habite. Erat enim, inquit, apud urbem Sessionas his diebus Droctigisilus episcopus, qui propter nimiam, ut ferunt, putationem quarto instante anno sensum perdiderat. Adserebant enim multi civium, quod hoc etiam ei maleficiis accessisset per emissionem archidiaconi, quem ab honore reppulerat, in tantum ut infra muros urbis hanc amentiam magis haberet; si vero de civitate fuisse egressus, agebat commodius. Cumque rex supra dictus ad urbem venisset et hic melius ageret, non permittibatur ingredi urbem propter regem, qui ad venerat. Et licet esset vorax cibi ac putator vini extra modum, quam sacerdotalem cautelam decit, tamen nullum de eo adulterium quispiam est locutus. Verum tamen in sequenti cum apud Sauriciacum¹ villam episcoporum sinodus adgregata fuisse, iussum est, ut liceret ei ingredi urbem suam².

20 1) Cf. Longnon, *Géographie de la Gaule au VI. siècle p. 402.* 2) *SS. Rer. Merov. I, 391.*

CONCILIUM PICTAVIENSE.

590. post Mart. 26.

Gregorius Turon. H. Fr. IX, 39—43, X, 15—17 multa enarrans de magnis contentionibus albatissum inter et monachas monasterii Pictaviensis a. 589. exortas scribit inter Childebertum et Guntramnum reges convenisse, ut delecti ex ulroque regno episcopi mitterentur, qui de his, quae gerebantur, cognoscerent. Ob hanc causam, inquit l. l. X, 15, Childebertus rex mediocritatis nostrae personam cum Eberegiselum Agri-

pinensim et ipsum urbis Peetavae Maroveum episcopum iussit adesse; Gunthramnus vero rex Gundigisilum Burdegalensem cum provincialibus suis, eo quod ipse metropolis huic urbi esset¹.

Idem Gregarius ibid. c. 16 epistulam ab episcopis ad reges missam ingerit, qua iudicium continetur, quod, ut ante refert, resedentes sacerdotes qui aderant super tribunal ecclesiae in hac causa dicserunt². Hanc sententiam ab episcoporum concilio latam ad a. 590. pertinere e narratione Gregorii palet.

Iam anno antecedenti, kalendis Novembris, concilium debuisse haberi ex epistula decem episcoporum, qui tunc cum Guntramno rege commorabantur, a Gregorio IX, 41 tradita comperimus. Dicto vero tempore episcopos in synodum se non congregasse ex iis manifestum fit, quae Gregorius IX, 40 his verbis narrat: Quo consilio aptae suscipientes subsequentem aestate relicitis Toronus ceteris ac commendatis consobrinae suae Chro-dieldis sanctaemonialibus ad regem Gunthramnum accessit. A quo suscepta ac munibibus honorata Toronus est regressa, Constantinam . . . in monastyrlo Agustidunensi reclita expectans episcopos, qui a rege fuerant iussi advenire et causam ipsarum cum abbatissa discutere. . . . Cumque praeestulantes adventum nullum episcopum advenire senserunt, Peetavum regressae sunt³.

1) SS. Rer. Merov. I, 425. 2) Ibid. 426. 3) Ibid. 398.

CONCILIUM METTENSE.

590. Nov.

20

Haec synodus congregata est a Childeberto rege maxime propter Egidium Remensem episcopum, qui ob crimen maiestatis accusatus erat. Rex, sicut Gregorius Turon. H. Fr. X, 19. episcopus arcessiri ad eius examinatione preecepit, scilicet ut in initio mensis octavi apud Viridunensem urbem adesse deberent. Tunc ab aliis sacerdotibus increpitus, cur hominem absque audience ab urbe rapi et in custodia retrudi praecipisset, permisit eum ad urbem suam redire, dirigens epistolam, ut supra diximus, ad omnis regni sui pontifices, ut medio mense nono ad discutiendum in urbe supra dicta adesse deberent. Erant enim pluviae validae . . . sed preeceptione regiae obsterre nequiverunt. Denique convenientes pertracti sunt usque Metensem urbem ibique et preefatus Egidius adfuit¹. In iis quac sequuntur fusi de episcopi causa et condamatione tractatur.

Alterius hic actus rei meminit Gregorius X, 20 his verbis: In hoc sinodo Basina, Chilperici regis filia, quam supra cum Chrodielde a communione remotam diximus, coram episcopis solo prostrata veniam petiit promittens se cum caritate abbatisse

1) SS. Rer. Merov. I, 431.

35

monasterium ingredi ac de regulam nihil transcendere. Chrodielis autem obtestata est, quod Leobovera abbatissa in hoc monasterium commorante ibidem namquam ingredetur. Sed utrisque rex veniam impetrari deprecatus est et sic in communione receptae Postavo regredi iussae sunt¹.

¹) SS. Rer. Merov. I, 433.

CONCILIUM 'IN CONFINIO TERMINI ARVERNI, GABALITANI ATQUE RUTENI' HABITUM.

590.

¹⁰ **H**uius concilii Gregorius Turon. II. Fr. X, 8 inter res a. 590. gestas mentionem facit sic narrare orsus: In confinio vero termini Arverni, Gabalitani atque Ruteni¹ sinodus episcoporum facta est contra Tetradiam, reliquam quondam Desiderii, eo quod repeteret ad eam Eulalius comes res, quas ab eo fugiens secum tulisset. Sed haec causam vel qualiter Eulalius reliquerit vel quemadmodum ad Desiderium confugerit, us altius memorandam putavi². Procedente narratione iterum legimus: Igitur coniuncti, ut diximus, sacerdotes et viri magnifici in confinio supra dictarum urbium etc.

1) Praeterire nolumus quae de loco concilii Longnon, Géographie de la Gaule au VI. siècle p. 531 scribit: 'Nous avons dit plus haut que les montagnes d'Aubrac étaient limitrophes de l'Auvergne, du Gévaudan et du Rouergue; or c'est justement sur les confins de ces trois pays qu'un synode fut tenu vers 590. . . Nous ne prétendons pas cependant tirer de ce rapprochement la preuve formelle que l'assemblée ecclésiastique se tint dans l'église de Saint-Hilaire du mons Helanus.' 2) SS. Rer. Merov. I, 414. 415.

CONCILIUM ARVERNENSE.

584—591.

²⁵ **C**ausam huius concilii congregandi comperimus ex Gregorio Turon. H. Fr. VI, 38, ubi hanc leguntur: Theodosius Rutenorum episcopus, qui sancto Dalmatio successerat, diem obiit. In qua ecclesia in tantum pro episcopatu intentiones et scandala orta convaluerunt, ut paene sacris ministeriorum vasis et onni facultate meliori nudaretur. Verumtamen Transobadus presbiter reieccitur et Innocentius Gaballitanorum comis eligitur ad episcopum. Concilia.

scopatum opitulante Brunichilde regina. Sed adsumpto episcopatu confestim Ursicinum Catureinae urbis episcopum lassissire coepit, dicens, quia diocesis Rutenae ecclesiae debitas (*suppl. parochias*) retineret. Unde factum est, ut diuturna intentione gliscente post aliquot annos conianetus metropolis cum suis provincialibus apud urbem Arverniam residens iudicium emanaret, scilicet ut parrochias, quas numquam Rutina ecclesia tenuisse recolabatur, recipere¹.

Hanc synodum congregavit Sulpicius metropolitanus episcopus Bituricensis (584—591), dc quo Gregorius ibid. c. 39 agens haec addit: Hie senodum illam, cui supra minimum, pro parrochiiis Catorcinis fieri commonuit.

1) *SS. Rer. Merov. I, 278.*

CONCILIUM CABILONENSE.

602.

De hoc concilio certiores nos facit Fredegarius Chron. IV, 24, ubi haec leguntur: Anno octavo regni Teuderici . . . senodus Cabillonno collegitar. Desiderium Viennensem episcopum deieciunt instigante Aredio Lugdunensi episcopo et Brunichilde et subrogatus est loco ipsius sacerdotale officio Domnolus; Desiderius vero in insula quedam exilio retradetur¹. Huius synodi itidem mentio fit in Vita Desiderii auctore Siseleno, ubi legitur: Quae instructa, in concilio quaesta est (sc. Brunichildis) a beatissimo vim stuprum Desiderio esse sibi quondam illatum, mirantibus cunctis talibus in rebus fore Dei servum implicitum, criminazione sed obiecta commentitia adversus eum fore pensabant. Sed praesidentes sententiam contra insolentem iuxta pridem machinationes aptatas ausu temerario mala sanam dederunt, quem statim homines punituri ab honore privatum exsilio ad monasterium insula religarunt².

1) *SS. Rer. Merov. II, 130.*

2) Cf. Migne, *Patrol. Lat. LXXX, 379.*

CONCILIUM AUTISSIODORENSE.

c. a. 573 — c. a. 603.

Collati sunt codices Berolinensis 435 (nobis H) fol. 172^r, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) fol. 182, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 124 (ubi HAB inter se consentiunt, signo α usi sumus), Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 93, Vaticanus Regin. 1127 (nobis V) fol. 155, Bruxellensis 8780—8793 (nobis M) fol. 9, de quibus in orthographia solumque H secuti sumus.

Adferunt hoc concilium in collectionibus suis Crabbius II, 95, Surius II, 715, Sirmondus I, 361.

Inscriptio desideratur M; in reliquis libris legantur haec: Incipit sinodus Autisiodorensis a. Quid vero iuxta canonum decreta debeat observare, tituli infra scripti declarabunt. Synodus Authisiodorensis OV. Subscriptionses desiderantur OVM.

*Hac synodus quando celebrata sit, certam notitiam non habemus. Certum est cum sibi habitum esse Aunachario, qui synodo praefuit, episcopatu Autissiodorensi fungente. Quoniam vero anno ad dignitatem episcopalem proiectus sit, ignoramus. Neque magis cum, ut quidam sentiunt, ipso anno 603. decessisse certis rationibus probari potest¹. Inter concilia, quorum acta nobis tradita sunt, concilium Parisiense a. 578. hab. primum fuisse constat ex iis, quibus Aunacharius interfuit. Idecirco Sirmondus, cui verisimile videtur sub initia episcopatus Aunacharii nostram synodum habitam esse, satis dicit eum paulo post memoratum concilium Parisiense collocare, quam anno 590. adscribere, id quod alii placuit; quare Sirmondus synodum sub annum 578. ponit². Diversam sententiam Cointius profert, cui auctores operis *Hist. littér. de la France III*, 495 adstipulantur. Existimat enim multa de his, quae in concilio Mutisconensi a. 585. hab. communis episcoporum consensu sancta erant, in nostra synodo Aunacharium suis dioecesanis intimusse ideoque hanc paulo post illud collocandam esse³. Quas temporis definitiones levibus argumentis fulciri nemo est, quin videat.*

I. Non licet kalendis Ianuarii vetolo aut cervolo facere vel strenacas⁴ diabolicas observare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut et reliquis diebus⁵.

II. Ut omnes presbyteri ante episania missos suos dirigant, qui eis de principio quadragensime nuncient; et ipsa episania ad populum indicatur⁶.

III. Non licet compensus⁷ in domibus propriis nec pervigilius in festivitates sacerdotum facere⁸ nec inter sentias aut ad arbores sacrivos vel ad fontes vota dissolvere⁹, nisi, quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet et matricole¹⁰ ipsum votum aut pauperibus reddat nec sculptilia aut pede aut hominem ligneo fieri penitus praesumat¹¹.

18 kalendis] kl. *HOM* ianuarij *A* *V*, ianuū *H*, ianri *B*, ianī *O*, ianuarias *M* vetolo *scripsintus*, vecolo *HB*, vetola (?) *A*, vecola *OM*, vaccola *V* cervola *O* strenacas] *a*, strinas *O*, strenas *VM* 19 relicus *B*.

20 ante om. *O* epyphania *BV*, ephyphania *O*, epiphania *M* suos om. *M* dirigunt 21 quadraginssime *M*, quadragentissimae *B* nuncient] *M*, nunciet eel nuntiet rel. in ipsa *B* et edd. epyphania *V*, ephyphania *O*, epiphania *M* indicatur *scripsimus*, indicatur *OV*, interdicte *M*, interdice *H*, interdicta *AB*, indicent edd.

22 compensus *V*, compinus *M*, compensus *Crab. Sur.*, *Sur. in marg.*: conventus pervigilii *O*, vigilias *Crab. Sur.*, pervigilias *Siru.* festivitatem *O*, festivitate *V*, festivitatibus *Sur. Siru.* 23 inter sentias] inter sentius *B*, inter sentius (sinclius) *OV*, inter sentes edd. ad ante arboreos om. *a* dissolvore] exolvere edd. 24 nisi] sed *BO* matriculis *OV* 25 sculptilia] *OV*, subtilia *a* hominum *A*, homine *V* ligneo] *M* (vide can. sequentem), linea *HAOV*, nolini *B* penitus om. *OM* praesumat eras. *M*.

1) Cf. *Holland. Acta SS. Septemb. T. VII*, p. 97; *Krusch, Verzeichniß Merowingischer Heiligenleben* (Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen I*, 444). 2) Cf. *Notas ad T. I. Conciliorum Galliae*, p. 612. 3) *Annales ecclesiastici Francorum T. II*, p. 308, num. XV. 4) Vide *Du Cange ad ev. 'vetula, cervula, strena'*. 5) Cf. conc. *Turon. a. 567. c. 23 (22)*; *Loening II*, 462.

6) Cf. conc. *Aurel. a. 541. c. 1. 2.* 7) Vide *Du Cange ad hanc ev.* 8) Cf. *Thom. P. I, l. 2, c. 75, num. 9.* 9) Cf. conc. *Aurel. a. 533. c. 12*; conc. *Turon. a. 567. c. 23 (22)*. 10) Cf. conc. *Aurel. a. 541. c. 13*; iunge *Thom. P. I, l. 3, c. 8, num. 7*; *Hinschius II*, 51, n. 3; *Loening II*, 233. 11) Cf. *Grey. Turon. Liber Vit. Patr. c. 6 (SS. Rer. Merov. I, 681, n. 5)*; *Cointius, Annales II*, 309, num. XIX.

IV. Non licet ad sortiligos vel auguria respicere nec ad caragius¹ nec ad sortes, quas sanctorum vocant², vel quas de lignum aut de pane faciunt, aspicere, nisi, quemque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat³.

V. Omnino inter supra dictis conditionibus pervigilius, quos in honore domini Martini observant, omnino modis prohibite.⁵

VI. Ut ad media quadraginta presbyteri crisma petant et, si quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidiacono suum archisubdiaconum transmittat, sed cum crismario et lenteo, sicut reliquias sanctorum deportari solent⁴.

VII. Ut medio Madio omnes presbyteri ad synodo in civitatem veniant et kalendis Novembris omnes abbates ad concilium convenient⁶.¹⁰

VIII. Non licet in altario in sacrificio divino mellita, quod mulsa appellant, nec ullo alio poculo absque vino cum aqua mixtum offerre, quia ad grande reatum et peccatum pertinet presbytero ille, quicumque alio poculo absque vino in consecrationem sanguinis Christi offerre praesumpserit⁸.

IX. Non licet in ecclesia chorus saecularium vel puellarum cantica exercere nec convivia in ecclesia praeparare⁷, quia scriptum est: *Domus mea domus orationis vocabitur.*
Ies. 56, 7.
Matth. 21, 12.

X. Non licet super uno altario in una die duas missas dicere; nec in altario, ubi episcopus missas dixerat, presbyter in illa die missas non dicat⁸.

XI. Non licet vigilia paschac ante ora secunda noctis vigillas perexpedire, quia ipsa nocte non licet post media nocte bibere⁹ nec natale Domini nec reliquias sollemnitates¹⁰.²⁰

XII. Non licet mortuis nec eucharistia nec osculum tradi¹¹ nec de vela vel pallis corpora eorum involvi.

1 sortilocus *OV*, sortilagus *M* ad auguria *OM* nec non *Sirm.* caragius *OV*, characteres *Crab. Sur.* 2 nisi] sed *edd.* quaecumque] *edd.* quicumque *codd.*

3 omnino et *edd.* dictas conditiones *edd.* pervigilias *M*, pervigilis *O*, vigillas *Crab. Sur.* quas *edd.* 5 prohibete *ABO*, prohibemus *Crab.*

6 ad] post *OV*, a *edd.* quadraginta *M*, quadragesima *BOV*, quadragesima *Crab.* chrisma *O*, crismam *M* 7 ad] aut *M* archidiacono *O* suum archisubdiaconum *scriptimus*, suo vel (aut *M*) archisubdiaconum (archidiacono *BV*, subarchidiacono *O*) *codd.*, suum, vel archisubdiaconum *edd.*, cf. *Loening II*, 338, n. 4, qui suum subdiaconum legere ruit, sed v. *Du Cange ad v. "archisubdiaconus"* sed cum] et *Crab.* 8 chrysmario *OV* lintheo *O*, lintheo *V* add. imponant ante sicut *Crab.* reliquias *V*, reliquias *AB* deportare *OM*.

9 medio madio om. *Crab.* madio] *BM*, medio *A*, maio *OV*, om. *H* synodus *O*, senodo *M* civitate *OV* 10 veniant *OV*.

11 mellitum *edd.* mulsum *edd.* appellatur *Crab.* nec ne α 12 ullum aliud 35 poculum extra vinum *edd.* vinum *B* mixto *M* reato *M*, rectum *B* 13 per- tinent α illi *M* quecumque *HA* aliud poculum extra vinum *edd.* poculum *M* vinum *BOM* consecratione *OV*.

16 quia] qua α. 17 super—nec om. *OV* duas] *edd.*, duabus *codd.* 18 dixerit *OVM* ut ante pres- 40 hyter postea adscriptum est *OV* in om. *M* non om. *MV*.

19 in vigilia *edd.* hora *OVM* vigiliam *Crab.* perexplore *OV*, expedire *Crab. Sur.* ipsa] *OV* *M*, om. α, in illa *edd.* 20 post bibere add. nec manducare *OV* natalem *B*, in natale *OV* reliquis solemnitatis *V* sollemnitatis *AB*, solemnitatis *O*.

21 mortuus *O*, mortuos *M* nec om. *M* eucharistiam *O* osculum *BOV*, osculum *M* 45 de vela vel pallis] velo vel pallis *edd.* 22 corporum *O*.

1) *Vide Du Cange ad v. "caragus".* 2) Cf. conc. *Agath.* c. 42. 3) Cf. *Loening II*, 461, n. 2.

4) Cf. *Hinschius II*, 186, n. 8; *Loening II*, 338, n. 4; 356, n. 2. 5) Cf. *Loening II*, 361, n. 2.

6) Cf. conc. *Aurel.* a. 541, c. 4. 7) Cf. *Loening II*, 461, n. 1. 8) Cf. *D. 2 c. 97 de cons.*

9) Cf. *Thom. P. I, l. 2, c. 75*, num. 9. 10) Cf. *Hefele III*, 43. 11) Cf. *Hinschius IV*, 66, n. 6 50

XIII. Non licet diacono de vela vel pallas scapulas suas involvi.

XIV. Non licet in baptisterio corpora sepelire¹.

XV. Non licet mortuum super mortuum mitti².

XVI. Non licet die Dominicō boves iungere vel alta opera exercere³.

XVII. Quicumque se propria voluntate aut in aqua iactaverit aut collum ligaverit aut de arbore praeccipitaverit aut ferrum percutserit aut qualibet occasione voluntate se morte tradiderit, istorum oblata non recipiatur.

XVIII. Non licet absque paschae sollempnitatem ullo tempore baptizare⁴, nisi illos, quibus mors vicina est, quos grauattarios dicunt. Quod si quis in alio pago contumacia facientem post interdictum hunc infantes suos ad baptismum detulerit, in ecclesiis nostras non recipientur; et quicumque presbyter ipsos extra nostro permisso recipere praeceperit, tribus mensibus a communione ecclesiae sequestratus sit.

XIX. Non licet presbytero aut diacono aut subdiacono post accepto cibo vel poculo missas tractare⁵ aut in ecclesia, dum missae dicuntur, stare.

XX. Quod si presbyter, quod nefas est dicere, aut diaconus aut subdiaconus post accepta benedictione infantes procreaverint aut adulterium commisserint et archipresbyter hoc episcopo aut archidiacono non innotuerit, integro anno non communicet⁶.

XXI. Non licet presbytero post accepta benedictione in uno leeto cum presbytera dormire nec in peccato carnali miscere, nec diacono nec subdiacono⁷.

XXII. Non licet relieta presbyteri nec relieta diaconi nec subdiaconi post eius mortem maritum accipere⁸.

XXIII. Si monachus in monasterio adulterium commiserit aut peculiarem habere praeceperit aut furtum fecerit et hoc abbas per se non emendaverit aut episcopo vel archidiacono non innotuerit, ad poenitentiam agendum in alio monasterio retrudatur⁹.

25 1 diaconum *M* de vela vel pallas] velo vel palla *edd.* palla. *A* scabulas *B* M*.
4 dominica *V* vel—exercere om. *M* post exercere *add.* nisi pro causis constitutis *OV*.

5 aut ante in om. *O* collo *M* collum ligaverit) collo ligato se suspendit *Crab. Sur.*
6 ferro *edd.* occasione *V*, occasionem *M* voluntate om. *V*, voluntarie *Sur. Sirm.* 7 se
morte om. *O* storum *OM* oblatio *OV* recipientur *Crab. Sur.*

8 sollempnitatem (sole-) *BO* baptizari *M* illus *M* 9 more *B* grauattarius
AB, grauattarius *M*, grabatarios *OV* 10 faciente *O* hunc] hoc *edd.* detulerint *M*
11 nostras om. *O* post recipientur *add.* usque ad satisfactionem *OV* ipsos] *O*, ipsius rel.
promisso *a*, praeceptum *Crab.*

13 aut . . . aut] nec . . . nec *M* 14 missae] *edd.*, missas *codd.* dicuntur stare] dicunt sterne *O*.
15 diacono . . . subdiacono *B* 16 acceptam benedictionem *OV M* procreaverit *edd.* com-
miserint *A OM* archipresbitero *O* 17 archidiaconus *O*, archidiaecus *VM* innotuerint *HA*B*,
intimaverit *Crab. Sur.* post innotuerit *add.* sicut *O*, si scit *V* annus *M* post com-
municet *add.* illi vero qui hoc (hoc om. *O*) commiserunt deponatur (deponantur) *OV*.

18 acceptam benedictionem *OV M* presbiteria *OV*, presbiteria sua *M* 19 carnale *M*, om. *a*
20 misceri *O*, commiscero *M*.

21 maritum] mortem *B*.
22 monasteriom *A*, monasterium aut *M* commiserit *codd. praeter II* peculiare *edd.*

23 et] aut *a* abas *O* 24 innotuerit *Crab. Sur.* ad] ac *M* poenitentiam
25 *ABV*, penitentiam *O*, penitentia *M* agenda *OM* add. anno ante in alio *M*.

1) Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 65, num. 3. 2) Cf. conc. Matisc. a. 585. c. 17. 3) Ibid. c. 1.

4) Ibid. c. 3. 5) Ibid. c. 6. 6) Cf. conc. Turon. a. 567. c. 20 (19); Thom. P. I, l. 2, c. 4,
num. 1; Hinschius II, 86, n. 7. 7) Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 17; conc. Matisc. a. 583. c. 11; Thom.
P. I, l. 2, c. 62, num. 4; Hinschius I, 148, n. 6. 8) Cf. conc. Matisc. a. 585. c. 16. 9) Cf. Loening
II, 371, n. 3. 4.

XXIV. Non licet abbatie nec monacho ad nuptias ambulare.

XXV. Non licet abbatie filios de baptismio habere nec monachus commates habere¹.

XXVI. Quod si quis abbas mulierem in monasterio suo ingredi permisit aut festivitates aliquas ibi spectare praecepit, tribus mensibus in alio monasterio retrahatur panem et aquam contentus.

XXVII. Non licet, ut aliquis suam novercam accipiat uxorem².

XXVIII. Non licet, ut filiam uxoris suac quis accipiat.

XXIX. Non licet, ut relictam fratrui sui quis in matrimonio ducat.

XXX. Non licet duas sorores, si una mortua fuerit, alteram in coniugio accipere.¹⁰

XXXI. Non licet consubrinam, hoc est, quod de duos fratres aut de duas sorores procreantur, in coniugium accipere nec, qui de ipsis nati fuerint, in coniugio socientur.

XXXII. Non licet, ut nepus avuncoli uxorem accipiat.

XXXIII. Non licet presbytero nec diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, stare³.

XXXIV. Non licet presbytero in iudicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur.

XXXV. Non licet presbytero aut diacono vel quemquam clericorum de qualibet causa concilie suo ad indicem saecularem tragere⁴.

XXXVI. Non licet mulieri nudam manum eucharistiam accipere⁵.

XXXVII. Non licet, ut mulier manum suam ad pallam Dominicam mittat.

XXXVIII. Non licet cum excommunicato communicare nec cum eo cybo sumere⁶.

1) xxiv om. O abbatii O^bVM, abati O^a nec ne α ambulase H.

2) xxv] xxviii O abbatii OVM monacos O^a, monachos II^bO^b, monachas V, monachis add. nec ante commates αM.

Canon XXVI. coniungitur cum c. xxv. in codd.; ideo sequentium canonum numeri in codd. aVM 25 uno, in cod. O usque ad c. xxxv. duobus, inde a. c. XXXVI. uno minores sunt. 6 spectare expecta O a tribus α 6 aqua O.

7) aliquis] quis M.

9) matrimonium OVM, monasterio H.

10) morta A altera BM coniungim codd. praeter H.

11) consubrina M quod] qui OVM, quae edd. duobus fratribus OV duabus sororibus add. 12) proreatur Sirm. coniungio V nec qui] OVM, ne qui HA, ne q. B sotiantur H, sociantur A.

13) avuncolo (avunculo) α.

14) nec] aud V trepalium V, traballium M rei torquentur] retoreuntur M torquentur] 25 V, torquentur BO, toreuntur HA.

15) illo] illo B sedere] stare Sirm.

17) quemquam] quemcumque M, cuiquam edd. de clericorum B 18) concilie] cum clero OV et praeponitur numerus XXXIII O, XXXV V tradero O, trahero V.

19) mulierem OV nudam manum corr. ex nudam H manu M, manu O eucharistia 40 M accipere] sumere Crab.

20) ut] OVM, om. α et edd. mulieri H, mulierem B palla ABM, pallas Crab. Sur. dominica ABOM, dominicas Crab. Sur. mittit α, mittere edd.

21) excommunicata O cibum OVM.

c. 4. ³⁾ Cf. Waits II, 598, n. 1; Hinschius IV, 846, n. 1. ⁴⁾ Cf. conc. Paris. a. 614. c. 17 (15).

⁵⁾ Cf. conc. Agath. c. 38; iunge Hinschius III, 222, n. 3. ⁶⁾ Cf. conc. Epaon. c. 6. ⁷⁾ Cf. ad hunc canonem conc. Agath. c. 7, cuius cum prima parte maxime consentit. ⁸⁾ Cf. conc.

⁴⁵ Autissiod. c. 4. ⁹⁾ Cf. conc. Aurel. a. 641. c. 15. ¹⁰⁾ Cf. Hinschius IV, 842, n. 4. i. f.

¹¹⁾ Cf. Loening II, 502, n. 2; Hinschius IV, 839, n. 6. ¹²⁾ Cf. conc. Paris. a. 614. c. 9 (7).

¹³⁾ Cf. Hinschius IV, 797, n. 3.

aliter adire non debeant in foro nec causas dicere audeant, nisi quas cum permisso et consilio episcopi eis fuerit omnino permisum¹.

XXI. Ut in parrocii nullus laicorum archipresbyter² preponatur, sed, qui senior in ipsa parrocia esse debet, clericus ordinetur³.

XXII. Pontificis vero, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dum taxat aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur, quia ille, qui donat, pro remedio animae suae, non pro quomodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae conpotabunt, quia iustum est, ut, siue sacerdos habet, quod ecclesiae dimisum est, ita ecclesia habeat, quod reliquid sacerdos⁴. ¹⁰

XXIII. Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdotis nomini aut ecclesiae fortasse dimittitur cuicumque alii postmodum futurum, id inter facultates suas ecclesia conpotare aut retentare non poterit⁵.

XXIV. Si quis episcopus res, quae ab alia ecclesia presentialiter possidentur, quoemque ingenium aut callida cupiditate perverserit et sine auditio presumpserit¹⁶ usurpare hac suis vel ecclesiae suae ditionibus revocare, diu communione privatus ut negator pauperum, ab officium deponatur⁶.

XXV. Si quis episcopus, excepto si evenerit ardua necessitas pro redemtione captivorum, ministeria sancta frangere pro qualemcumque conditione presumpserit,²⁰ biennio ab officio cessavit ecclesiae.

XXVI. Viduas, quae se Deo consecerare petierint, vel puellas Domino consecratas nullus neque per auctoritatem regiam neque per quacumque potestate suffultus aut propria temeritate rapere vel trahere audeat Quod si utriusque consenserint, communione priventur⁷.

XXVII. Iudices qui super auctoritatem et edicto dominico canonum statuta contemnunt vel edictum illum dominico, qui Parisius factum est⁸, violant, si admoniti emendare contemnerint, placuit eos communione privare.

XXVIII. Ut decadente episcopo in loco eius non aliis subrogetur nisi loci illius indegena⁹, quem universalis totius populi elegerit votus hac conprovincialium voluntas adsenserit. Alter qui presumpserit, abiciatur a sede, quam invasit potius quam accipit¹⁰. Ordinatores autem ab officio administrationis suae sedis cessare decernimus¹¹.

Ex civitate Lugduno Treticus episcopus.

Ex civitate Biturecas Sulpicius episcopus.

1) in foro corr. in cod. ex furori causis cod.

6) ecclesiae cod. 8) offerre] auferre cod. 9) conportabant cod. 10) ecclesiae cod. ²⁵
reliquid sacerdos] cod., melius in conc. Agath. (cf. infra n. 5) relinquitur sacerdoti.

11) per] pro cod. nomen cod. 12) ecclesiae cod. 13) non om. cod.

16) privatur ut negatorem cod.

22) add. quae se deo post nullus cod. per] pro cod. utroque loco

29) quem] quis cod. ⁴⁰

1) Cf. conc. Epaon. c. 11. 2) Cf. Hinschius II, 266, n. 2. 3) Cf. conc. inc. loci post a. 614. hab. c. 11; Thom. P. I, l. 2, c. 4, num. 1; Loening II, 368, n. 3. 4) Cf. Thom. P. III, l. 1, c. 21, num. 5. 5) Ad hunc et canonem antecedentem vide conc. Agath. c. 6, quocum ad verbum consentiunt. 6) Cf. conc. Aurel. a. 649. c. 15; conc. Paris. a. 614. c. 11 (9); Hinschius IV, 812, n. 3. 7) Cf. conc. Turon. a. 667. c. 21 (20); conc. Paris. a. 614. c. 15 (13). 8) Cf. conc. 46 Paris. a. 614. c. 6 (4) = Edict. Chlot. a. 614. c. 4. 9) Cf. Waitz II, 395, n. 1. 10) Cf. conc. Paris. a. 614. c. 2. 11) Cf. Hinschius IV, 810, n. 2.

- Ex civitate Uienna Landolenus episcopus.
 Ex civitate Senonus Mederius episcopus.
 Ex civitate Toronus Medigisilus episcopus.
 Ex civitate Remus Sonnacius episcopus.
 Ex civitate Elossa Senotus episcopus.
 Ex civitate Aginno Asodoaldus episcopus.
 Ex civitate Uisontione Donans episcopus.
 Ex civitate Lauduno Hainoaldus episcopus.
 Ex civitate Treuerus Anastasius episcopus.
 Ex civitate Boiocas Regnoberhtus episcopus.
 Ex civitate Cennomannis Haidoindus episcopus.
 Ex civitate Andecauis Magnobodus episcopus.
 Ex civitate Namnetis Leobardus episcopus.
 Ex civitate Rotenus Uerus episcopus.
 Ex civitate Aruernus Cesarius episcopus.
 Ex civitate Gabalus Agricula episcopus.
 Ex civitate Cadurcus Rusticus episcopus.
 Ex civitate Auscius Audericus episcopus.
 Ex civitate Carnodas Berhtigisilus episcopus.
 Ex civitate Altisiadore Balladius episcopus.
 Ex civitate Neuerno Raurecus episcopus.
 Ex civitate Egulisma Nammacius episcopus.
 Ex civitate Abrincatis Hildaoldus episcopus.
 Ex civitate Catalaunis Felix episcopus.
 Ex civitate Parisius Leodoberhtus episcopus.
 Ex civitate Sanctonis Leoncius episcopus.
 Ex civitate Austituno Babo episcopus.
 Ex civitate Tolosa Uuilligisilus episcopus.
 Ex civitate Peectauis Iohannis episcopus.
 Ex civitate Nouiomago Aigahardus episcopus.
 Ex civitate Meldus Gundoaldus episcopus.
 Ex civitate Sessionis Ansaricus episcopus.
 Ex civitate Uiridono Godo episcopus.
 Ex civitate Siluanectis Aigomaris episcopus.
 Ex civitate Albie Constantius episcopus.
 Ex civitate Mettis Arnulfus episcopus.
 Ex civitate Colonia Honoberhtus episcopus.
 Ex civitate Lingonis Modoaldus episcopus.
 Ex civitate Aurilianus Audo abbas.
 Ex civitate Burdegala Samuhel diaconus.

Factum concilium sub die V. kal. Octobris, anno XLIII. regis domini nostri
 IIlothari Deo propitio regi. Amen.

CONCILIO SUB SONNATIO EPISCOPO REMENSI HABITUM.

627—630.

*F*lodoardus, *Hist. ecclesiae Remensis II*, 5, canones concilii sub Sonnatio celebrati una cum episcoporum, qui interfuerunt, nominibus tradit, sed nec quo loco nec quando habitum sit, refert. Quod concilium canonibus suis concilio Clippiacensi a. 626. aut 627. proxime cognatum est, cum alii utrinque synodi canonos et argumento et verbis, alii argumento saltem inter se consentiant. Friedrich, *Drei Concilien p. 61*, qui in prae-
fatione concilii Clippiacensis pro Parisius actemus legendum esse Parisius ac Remus censuit, hac sua conjectura coactus est Clippiacense post hoc concilium ponere. Quam lectionem iam ea ratione approbare nequivimus, quia verba, quae in prae-
fatione statim sequuntur: in universal Gallearum et magna synodo . . . constitui praecopistis, ad unam tantum, non ad duas synodos spectant. Accedit, quod de solo concilio Parisiensi illud nobis traditum est, quod in synodi Clippiacensis prae-
fatione legitur, a rege eoque praesente canones promulgatos esse. Synodus uitem Clippiacensem profecto priorem esse his rationibus efficitur, quod 1) concilii Clipp. canon 2 concilii Epaon. canonem 17 iisdem verbis repetit, concilii autem nostri canon 1 abbreviationem tantum huius canonis praebet; item concilii Clipp. canon 15 concilii Agath. canonis 7 verba ipsa, concilii vero nostri canon 13 cundem canonem decurtatum profert. Apparet igitur concilium nostrum canonum suorum seriem de concilio Clippiacensi deponuisse neque hoc de illo tamquam de fonte ductum esse. 2) Episcopi in concilio Clippiacensi congregati in prae-
fatione diserte dicunt se capitula nonnulla, quae per diversos canonum libros scripsimus, in unum corpus digessisse, id quod a vero abhorret, si ex uno nostro concilio canones hausissent.

Annū et diem concilii ignoramus. Inter episcopos, qui subscrīperunt, reperitur Arnulfus episcopus Mettensis, cuius 'discessum' ab episcopatu Fredegarius, *Chron. IV*, 58, ²⁵ memorat inter res septimo regis Dagoberti anno gestas, qui congruit cum a. 629, aut 630¹.

Conciliū, quod in collectionibus manu scriptis desideratur, textum dedimus sicut SS. T. XIII, p. 451 sq. editus est. Cuius editionis subsidia sic notantur:

1^o) *Codex Montispessulanus* nr. 186, saec. XIII. 1^o) *Cod. Remensis* nr. 840. 842, saec. XII. ex. vel. XIII. 1^o) *Cod. Trecensis* nr. 620, saec. XII. XIII. ²⁰ 1^o) *Cod. Parisiensis* nr. 5209, saec. XV. 2^o) *Cod. Romanus Vatic. Regin. Christ.* nr. 510, saec. XV; ad quem prope accedit 3^o) *Sirmondi editio ex Gualteri apographo parata.* Cuius lectionem 3^o) *Colvenerius* in editione sua saepius prae-
sertim ad codicis

1) Cf. Krusch, *Forsch. z. deutschen Gesch.* XXII, 440 sq.; Haret, *Quæstions Mérac.* IV, 42.

² fidem emendarit. — Numeri in hac editione desiderantur, capita distinguuntur; reliquimus divisionem et numerationem, quam Sirmonius instituit.

Flodowardus l. l. haec scribit:

Romulfum sequitur in episcopatu Sonnati, qui sinodum celebrasse reperitur cum aliis quadraginta vel eo amplius Galliarum episcopis. Ubi etiam sanctus Arnulfus Mettensis presul invenitur interfuisse eum Theoderico Lugdunensi, Sindulfo Uienensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo Turonensi, Senoco Elosanensi, Leontio Xantanensi, Modoaldo Treuerensi, Chunoberto Coloniensi, Richerio Senonensi, Donato Uesontionensi, Auspicio Augustidunensi, item Modoaldo Lingonensi, Ragneberto Baiocensi, Childealdo Abrineatensi, Bertegiselo Carnotensi, Palladio Autisiodorensi, Gondoaldo Meldensi, Leudeberto Parisiacensi, Chainoaldo Lauduni-Clauati, Godone Uirdunensi, Ansarico Suessonensi, Claudio Reiensi, Bertoaldo Camaracensi, Agomaro Siluancetensi, Caesario Aruornensi, Uero Rutenensi, Agricola Gabalensi, Lupoaldo Magonciacensi, Uillegiselo Tolosano, Constantio Albiensi, Nammatio Ecolesinensi, Rustico Caturcensi, Audorico Auscensi, Ermone Aresetensi, Felice Catalaunensi, Chadoindo Cenomanensi, Magnobodo Andegauensi, Iohanne Pictauensi, Leobardo Nannetico.

In qua sinodo multa leguntur utilia constituta:

I. De rebus scilicet ecclesiis, qualiter tractandae sint et de his, quae per precatoriā impetrantur ab ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium usurpentur et ecclesiae defraudentur¹.

II. De clericis si qui rebellionis ausu sacramentis se aut scripturac coniuratione constrinxerint atque insidias episcopo suo callida allegatione confecerint, ut, si admoniti emendare contempserint, gradu proprio omnino priventur².

III. Ut capitula canonum Parisius acta in generali sinodo in basilica sancti Petri Lotharii regis studio congregata omni firmitate custodiantur³.

IV. Ut, si qui heretici adhuc esse suspicantur in Galliis, a pastoribus ecclesiarum perquirantur et, si veraciter fuerint inventi, ad fidem catholicam revocentur⁴.

V. Ut temere nullus excommunicetur; et si excommunicatus existimat se iniusto dampnatum, in proxima sinodo habeat licentiam reclamandi et, si iniuste dampnatus fuerit, absolvatur, sin autem iuste, impositum poenitentiae tempus exsolvat⁵.

VI. Ut, si quis iudex cuiuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare presumperit aut pro quibuslibet causis absque conscientia et permisso episcopi distingere aut contumeliis vel iniuriis afficere presumpserit, communione privetur. Episcopus tamen de reputatis conditionibus clericorum negligentias emendare non tardet. Hi vero, quos publicus census spectat, sine permisso principis vel iudicis se ad religionem sociare non audeant⁶.

7 medegiselo 3 santamensi 1^b. 4; vantonensi 2; santonensi 3 8 chunoberto 3

11 ansarico suessonensi 2. 3 12 berthalido 2 cameracensi 2. 3 13 arvennensi 1 rutenensi (rutenensi 1^a) 1 maguntiacensi 2. 3 willegisello 2 14 nammatio 3 ecolesmensi

40 2. 3 15 hadoindo 2. 3 16 leubardo 1.

22 insidie 1.

24 in ante basilica om. 1 25 lotharii om. 2.

31 ordinis om. 1 34 quos quod 1.

1) Cf. conc. Clipp. c. 2. 2) c. 3. 3) c. 4. 4) c. 5. 5) c. 6. 6) c. 7 et 8.

26*

VII. Si quis fugitum ab ecclesia absque sacramento, quo ei iurandum est, ut de vita, tormento et truncatione securus exeat, qualicunque occasione abstraxerit, communione privetur. Similiter, si quis ius sacramenti prestitum violaverit, communione privetur. Ille vero, qui sanctae ecclesiae beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, quam poenitentiam se pro scelere acturum esse promittat et, quod ipsi canonice imponetur, impleturum¹.

VIII. De incestis coniunctionibus. Si quis infra prescriptum canonibus gradum incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibetur, se coniunxerit, nisi poenitentiam sequestratione testentur, communione priventur et neque in palatio militiam neque agendarum causarum licentiam habeant. Et quando predicti se incestuosi coniunxerint, episcopi seu presbiteri, in quorum dioecesi vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum adnuntient, ut, cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent et res eorum ad proprios parentes perveniant sub ea conditione ut, antequam sequestrentur, per nullum ingenium neque per parentes neque per exemptionem neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi prefati sceleris separatione poenitentiam fateantur².

IX. Si quis homicidium sponte commiserit et non violentiae resistens, sed vim faciens impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut, si poenitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur³.

X. Clerici etiam vel seculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retinere presumpserint aut id, quod ipsi donaverint, ecclesias aut monasteriis crediderint auferendum, sicut ante sinodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur⁴.

XI. Ut Christiani Iudeis vel gentilibus non vendantur; et si quis Christianorum necessitate cogente mancipia sua Christiana elegerit venundanda, non aliis nisi tantum Christianis expendat. Nam si paganis aut Iudeis vendiderit, communione privetur et emptio careat firmitate. Iudei vero si Christiana mancipia ad Iudaismum vocare presumpserint aut gravibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci ditionibus revocentur. Qui tamen Iudei ad nullas actiones publicas admittantur. Iudeorum vero convicia in Christians refutanda sunt⁵.
30

XII. Item si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit aut provincias pergere, pontificis sui epistolis commendetur. Quod si sine epistolis prefectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur⁶.

XIII. Item ut episcopus mancipia vel res ad ius ecclesiae pertinentes neque vendere neque per quoscumque contractus, unde pauperes vivunt, post mortem alienare presumat⁷.

XIV. Item de his, qui auguria vel paganorum ritus inveniuntur imitari vel cum paganis supersticiosos comedunt cibos, quos benigna placuit admonitione suaderi, ut ab

¹ similiter—privetur om. 1 ⁵ esse acturum 2; esse facturum 3.

¹¹ dioceses vel pagos 1 ¹⁶ propriam 1 ¹⁶ poenitentiam om. 2.

40

²⁰ cleri 1.

³¹ aut] ad 2.

³⁴ add. ecclesie post res 2 ³⁶ contractis 1.

¹⁾ Cf. conc. Clipp. c. 9. ²⁾ c. 10. ³⁾ c. 11. ⁴⁾ c. 12. ⁵⁾ c. 13. ⁶⁾ c. 14.

⁷⁾ c. 15.

45

erroribus pristinis revocentur. Quod si neglexerint et ydololatris vel immolantibus se miscuerint, poenitentiae dignum tempus exsolvant¹.

XV. Item ut serviles personae ad accusationem non admittantur et qui personam suscepit accusantis, cum unum crimen non probaverit, ad alia accusandum non admittatur².

XVI. Item si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus aut potestate suffultus decedente episcopo res cuiuslibet conditionis in domos vel agros ecclesiae positas ante reservationem testamenti vel audientiam ausus fuerit occupare vel ecclesiae repugna effringere et supellectilem infra domum ecclesiae positam contingere vel scrutari presumpsit, a communione Christianorum penitus abdicetur³.

XVII. Item si quis ingenuum aut libertum ad servitium inclinare voluerit aut fortasse iam fecit et commonitus ab episcopo se de inquietudine eius revocare neglexerit aut emendare noluerit, tamquam calumpniae reum placuit sequestrari⁴.

XVIII. Item ut clerici cuiuslibet ordinis neque pro propriis neque pro ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum nec causas dicere audeant, nisi quas cum permisso et consilio episcopi agere eis fuerit omnino permissum⁵.

XIX. Item ut in parochiis nullus laicorum archipresbiter preponatur, sed, qui senior in ipsis esse debet, clericus ordinetur⁶.

XX. Item pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur, quia ille, qui donat, pro remedio animae suae, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae computabunt; quia iustum est, ut, sicut sacerdos habet, quod ecclesiae dimissum est, ita et ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdotis nomini aut ecclesiae fortasse dimittitur cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computatum retinere non poterit⁷.

XXI. Item si quis episcopus res, quae ab alia ecclesia presentaliter possidentur, quocumque ingenio aut callida cupiditate pervaserit aut sine audientia presumpsit usurpare ac suis vel ecclesiae suae ditionibus revocare, dum communione privari non potest, ut necator pauperum ab officio deponatur⁸.

XXII. Item si quis episcopus, excepto si evenierit ardua necessitas pro redemptione captivorum, ministeria sancta frangere pro qualicunque conditione presumpserit, ab officio cessabit ecclesiae⁹.

XXIII. Item viduas, quae se Domino consecrari petierunt, vel puellas Domino consecratas nullus neque per auctoritatem regiam neque qualicunque potestate suffultus aut propria temeritate rapere aut trahere audeat. Quod si utriusque consenserint, communione priventur¹⁰.

XXIV. Indices qui super auctoritate et edicto dominico canonum statuta con-

14 pro *ante* propriis *om. I.*

40 18 ordinatur *2.*

22 ecclesiae computabant — facultates *om. I.* 24 reliquerit sacerdos *3.*

34 petierint *2* 36 aut *ante* trahore] *vel I.*

1) Cf. conc. Clipp. c. 16. 2) c. 17. 3) c. 18. 4) c. 19. 5) c. 20. 6) c. 21.

7) c. 22 et 23. 8) c. 24. 9) c. 25. 10) c. 26.

tempnunt vel edictum illud dominicum, quod Parisius factum est, violaverint aut contempserint, placuit eos communione privari¹.

XXV. Item ut decedente episcopo in locum eius non aliis subrogetur nisi loci illius indigena, quem universale et totius populi elegerit votum ac comprovincialium voluntas assenserit. Alter qui presumpserit, abiciatur e sede, quam invasit potius quam accopit. Ordinatores autem triennio ab officio administrationis suae sedis cessare decernimus².

¹ ac¹ aut *I.*

¹⁾ Cf. conc. Clipp. c. 27. ²⁾ c. 28.

CONCILIUM MATISCONENSE.

613—628.

¹⁰

Huius synodi Ionas in Vita Eustasii abbatis Luxoriensis c. 9 meminit. Narrat Agrestinum monachum schismaticum regulae b. Columbani in monasterio Luxoriensi serratae oppugnantem ab Abelleno Genevensis urbis episcopo adiuvatum ab iisque regem Chlotarium II. tentatum esse, ut is subveniret. Cumque nihil profuissest, pergit auctor Vitae, statuit, ut synodali examinatione probaretur, non ambigens de b. Eustasii auctoritate et doctrina, quod omnes adversantes sanctae regulae prudentia et facunditate administrante sibi Spiritu sancto superaret. Emanante ergo regali auctoritate multi Burgundiae episcopi in suburbano Matisconensis urbis conveniunt; inter quos residebat maximus haereticus, qui maxime synodus fieri urgebat, Warnacharius, qui erat b. Eustasii adversarius... Praedicto ergo et statuto die, quando adversus Eustasium alteratio oriretur, ipse (sc. Warnacharius) morte praeventus interiit¹. *Huc in synodo Agrestini argumenta refutata et controversias inter ipsum et abbatem Eustasium medianibus episopis compositas esse ab eodem Ionu referunt.*

Eustasius abbas fuit monasterii Luxoriensis annis 613—628.² Angustiores fines temporis, quo synodus habita sit, certe statuere non licet, quamquam synodus primis annis, quibus Eustasius monasterium rexit, non esse celebratam constat³.

¹⁾ Mabillon, *Acta SS. O. S. Bened. Saec. II*, p. 111. — *Hunc Warnacharium eundem esse atque illum Warnacharium maiorem domus, qui teste Fredegario, Chron. IV, 54, anno 43. regni Chlotarii mortuus est, et hoc de causa concilii tempus certe determinari posse opinatus est Sirmundus. Refutatur haec opinio a Mabillonio l. l., qui tamen nullis rationibus minus concilium anno 624. adscribit.* ²⁰

²⁾ Hauck, *Kirchengesch. Deutschlands I*, 267, n. 3. ³⁾ Mansi X, 589.

CONCILIO CLIPPIACENSE.

636. Mai. 1.

Memoratur haec synodus in Vita S. Agili abbatis Resbacensis, ubi legitur: Proinde in episcopali synodo, quae kalendis Maii in Clippiaco eo anno est habita, b. Agilum praeceilentissimum rex (sc. Dagobertus) in memorato coenobio praefecit abbatem¹. Monasterium Resbacense conditum esse dicitur anno 634². Paulo post, die 1. Oct. anni 14. regni sui, Dagobertus huic coenobio privilegium concessit³. Cum in harum rerum consideratione, tum ex eo, quod Fredegarius, Chron. IV, 78, ad annum 14. regni Dagoberti, qui est a. 636, regem Clippiaci aliquantum temporis resedisse narrat, Mabillonius illo anno concilium habitum esse sequi putavit.

1) *Mabillon, Acta SS. O. S. Bened. Saec. II, p. 309.* 2) Cf. *Mabillon, Annales O. S. Bened. T. I, p. 363.* 3) Cf. *Diplomata T. I, p. 18, n. 17.*

CONCILIO AURELIANENSE.

639—641. Mai.

Synodi huius mentionem facit Audoenus in Vita S. Eligii I, 28, ubi haec scribit: Per idem fere tempus, quo apud urbem Romam haec gesta sunt, quidam haereticus pulsus a partibus transmarinis in Gallias venit moxque se conferens ad civitatem, quae olim Hedua, nunc autem Augustodunum vocatur, coepit tam caute quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligii pervenisset, coepit vigilanter, uti semper in eiusmodi rebus sollicitus erat, cum Andoceno et ceteris catholiceis viris tractare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestam detegerent. Nec destituit episcopos commonore et optimates, quousque iussu principis sacerdotale concilium apud urbem Aurelianensem congregaretur. ... Cumque nullo genere a quocquam posset concludi aut superari, extitit quidem nostris pro Dei providentia doctissi-

mus episcopus, nomine Salvius¹, qui ita ei in omnibus obviavit, ut ingens ea causa nostris fieret gaudium et expectatio.... Sicque adversus eum omnium episcoporum sententia prolata et per singulas civitates super eius nomine decretis constitutis cum qua par erat ignominia et dedecore e finibus Galliae eliminatus est².

Concilium habitum est post a. 639, quo anno Chlodoveus II. regnare coepit, et ante diem 13. Maii a. 641, quo die Audenus et Eligius episcopi consecrati esse dicuntur³.

1) Innerito episcopis Valentiniensibus adnumeratur; cf. *Gallia Christ. XVI*, 294. Inter episcopos concilii Burdegalensis a. 603—675. subscripsit Salvius episcopus Benarnensis. 2) Surius, *Historiae seu Vitae SS.*, vol. XII. December, p. 25. 3) Cf. Kriesch, *Forsch. z. deutschen Gesch.* 10 XXII, 409. 470.

CONCILIUM CABILONENSE.

639—654. Oct. 24.

Codices, quos adhibuimus, sunt hi: Berolinensis 435 (nobis H) fol. 173⁴, quem plerumque in orthographia constituenda secuti sumus, Parisiensis Lat. 3846 (nobis A) 15 fol. 183⁵, Vaticanus 3827 (nobis B) fol. 125, quos tres libros, ubi inter se consentiunt, littera a notamus, Parisiensis Lat. 1458 (nobis O) fol. 94⁶, Vaticanus Regin. 1127 (nobis V) fol. 156⁷.

Adserunt concilium in collectionibus suis Crabbius II, 132, Surius II, 874, Sirmondus I, 489.

Inscriptiones concilio in codicibus praefixa sunt haec: In Christi nomine incipiunt canoness Cabillonensem (Cabillonensem B) a. Incipiunt canoness Cauellonensem OV.

*Synodus habita est post a. 639, quo Chlodoveus II. regnare coepit, et ante a. 654, quo successores complurium episcoporum, qui nostrac synodo interfuerunt, chartae regis Chlodovei II. pro monasterio S. Dionysii subscriberunt (cf. Haret, *Questions mérov.* 25 V, 52).*

Priscis quidem canonibus nuseetur institutum, ut metropolitani cum eorum cum-provincialibus per singulos annos debeant in sinodali coniungi Deo propitiante concilio; sed nunc tam ex commune omnium voluntatem, quam ex evocatione vel ordinatione gloriosissimi domini Chlodouei regis pro zelo religionis vel ortodoxae fidei so-

27 noscitur H^aOV, nascitur B, cavetur Crab. in marg. institutis B ut] et a metropolitano HA 28 coniungi] O, coniungere rel. 29 voluntate B vocatione B^aO 30 gloriosi V, om. HB domini OV clodouei B, chlodouei II orthodoxae OV, orthodoxiae HA

dilectione in Cabillonenses urbe in ecclesia sancti Vincenti pariter congregati ipsius sancti martyres intercessione poscentes, ut pro longevitate supra dicti principes suo suffragio meroremur et inspiratione divina, quod de canonibus interveniente signitia fuerat aliquid preternissum vel per neglegentiam aut per ignorantiam vitiatum, in pristinum statum, sicut dudum fuerat a sanctis patribus statutum, deberit auxiliante Domino Christo reformatum:

I. Ita omnes una conspiratione et connibente animo sententes definivimus, ut fidei normam, sicut in Niceno concilio pia est professione firmata vel a sanctis patribus tradita atque ab ipsis exposita vel in postmodum a sancto est Calcidonense concilio ¹⁰ firmata, in omnibus et ab omnibus conservetur.

II. Canonum vero statuta ab omnibus intemerata serventur.

III. Licet iam prioribus canonibus fuerat statutum¹, sed tamen placuit renovare, ut, si quis episcopus, presbyter aut diaconus vel quicumque ex sacerdotale cataloco praeter personas, quae in ipsis canonibus contenentur, cum qualcumque extranea muliere familiaritate habere praesumpserit, que indecora vel adulterii possit afferre suspitione, iuxta statuta canonum ab ordine regradetur.

IV. Ut duo in una civitate penitus uno tempore nec ordinentur nec habeantur episcopi² nec res ecclesiae saeva divisione debeat partire³.

V. Saeculares vero, qui neendum sunt ad clericato conversi, res parochiarum vel ²⁰ ipsas parochias minime ad regendum debeat habere commissas⁴.

VI. Ut nullus ante audienciam res quarumlibet ecclesiarum invadere aut auferre praesumat. Quod qui fecerit, ut negatur pauperum habeatur.

1 cabillonensi *B*, cabilonense *O*, cavillonense *V* vincentii *BV* congregata *HA* ipsi *V*

2 martyros *A*, martyris *BOV* intercessionem *B* longevitate] longeva aetate *OV* principis ²⁵ *BV* suo] suos *H^aA*, quoque *B* ^{3 et]} ut *V*, *om. a* divina—fuerat] divina interveniente da canonibus significaretur, quod si fuisse edd. ^{quod]} *B*, que *HA*, quae *OV* signitia emendavimus, seguita *B*, signifia *HA*, significantia *OV* ^{4 neglegentiam aut per]} *OV*, *om. a* ⁵ statutum *AO* sicut] si *B* partibus *HA* statum *H* debet *O*, debere *V*, debeat *Crab.*

⁶ christo dom. *O* reformari *B*.

⁷ ita] itaque *Crab.* una—animo] inspirante domino et connivente uno animo *Crab.* una ^{una} *om. HA* conspirante *B* coibento *O* add. domino ante animo *a* sentientes *om. Crab.* ⁸ norma *B* in nico] iniceno *H^a*, in incino *H^b*, inicino *A* sanctis] ⁹ eti *AB^b*, scilicet *B^a* ^{9 est]} etiam edd. ^{10 ab omnibus]} ab hominibus *H*.

¹¹ omnibus] hominibus *H* servetur *HA*, conserventur *B*.

¹² canonum *O* fuerit *BO* sed tamen placuit] placuit tamen edd. renovari *OV*

¹³ aut presbyter *OV* cataloco] catalogo *B*, catholico *OV* ¹⁴ quoniam corr. cum edd., quas codd. qualemque *OV*, qualecumque *HA* ¹⁵ familiaritatem *BO* dedecoris vel adulterii edd. adulterii *scripsimus*, adulterium *codd.* possit] posita *V* ¹⁶ suspitioni *B*, suspicionem *O*, suspicionem *V* degradetur *BV*.

¹⁷ in uno temp. *V* nec ordinentur] non ordin. *Sur. Sirm.* ¹⁸ nec] ne *OV* ecclesiis *HA* parte] *OV*, parte *HA*, haberi partitas *B*.

¹⁹ clericatum *BOV* paroch- *HV*, parroch- *B* utroque loco.

²⁰ audienciam *BO* quarumlibet ecclesiarum invadere *scripsimus* cum *Sur. Sirm.*, quarumlibet invadere *HA*, quarumlibet in ecclesiarum vadere *B*, eccliesiae quarumlibet invadere *OV* ²² ne- ⁴⁶ eator *H^b*, necatur *B*, negatur *V*.

1) Cf. conc. Matisc. a. 583. c. 1. 2) Cf. conc. Nic. c. 8 i. f. 3) Cf. conc. Paris. a. 614.

c. 3 (2). 4) Cf. conc. sub Sionatio a. 627—630. hab. c. 19; iunge Thom. P. II, l. 3, c. 11, num.

11; Loening II, 278.

ll. Concilia.

VII. Ut defuncto presbytero vel abate nihil ab episcopo auferatur vel archidiacono vel a quemcumque de rebus parochiae, exinodotie vel monasterii aliquid debeat minuere. Quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debeat cohæreere¹.

VIII. De poenitentia vero peccatorum, quae est medilla animae, utilem omnibus hominibus esse censuram; et ut poenitentibus a sacerdotibus data confessione indicatur², poenitentia, universitas sacerdotum nescetur consentire³.

IX. Pietatis est maxime et relegationis intuetus, ut a captivitatis vinculo anime a Christicolis redemantur. Unde sancta synodus nescetur censisse, ut nullus mancipium extra finibus vel terminibus, qui ad regnum domini Chlodouci regis pertinent, penitus non debeat venundare, ne, quod absit, per tale commertium aut captivitatis vinculum⁴ vel, quod peius est, Iudaica servitute mancipia Christiana teneantur implicita⁵.

X. Si quis episcopus de quacumque fuerit civitate defunctus, non ab alio nisi comprovincialibus, clero et civibus suis habeatur electio; sin aliter, huiusmodi ordinatio hirrita habeatur⁶.

XI. Pervenit ad sancta synodo, quod iudicis publici contra veternam consuetudinem per omnes parochias vel monasteria, quas mos est episcopis circuire⁷, ipsi illicita praesumptione videantur discurrere, etiam et clericis vel abbatis, ut eis praeparent, invitatus adque districtus ante se faciant exhibere, quod omnimodis nec relegatione convenit nec canonum permittit auctoritas. Unde omnes unanimiter censuimus sentientis, ut deinceps debeant emendare et, si praesumptione vel potestate, qua possunt, excepto invitatione abbatis aut archipresbyteri in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortasse praesumpserint, a communione omnium sacerdotum⁸ eos convenit sequestrare⁹.

XII. Ut duo abbates in uno monasterio esse non debeant, ne sub obtentu pote-

1 nichil A auferatur om. OV 2 quocumque B, quocumque O, quocumque V parochiae HOV, parochiae B exinodotiae A, exinodotiae B, exsinodochii (exsyn-) OV, vel xenodochii 25 edd.
3 minuare HA cohæreeri B.

4 qui V modela H^aBV, medilla O omnibus om. Sur. Sirm. 5 data] facta Crab. indicatur] OV, iudicatur HA, iudicetur B 6 paenitentiae V universitas] OV, universa HA, universitate B consentiri B.

7 a om. B vinculo B, vinculum A, vinculum OV anime] omnino edd. 8 Christianis 20 Sur. Sirm. redimandis B sinodus AB 9 fines BOV terminos B chlodouci II, clodouci B pertinet HA penitus—absit om. V 10 non om. edd. debeant O absit] abs H^aA talem OV 11 teneant H.

12 alla B add. a post nisi O 13 add. alterius post suis O 14 hyrrita B, irrita OV. 15 sanctam BOV sinodo A, synodum BOV veternum B, veteram V^a 16 parochias 25 HOV, parochias B quas] quas Sur. Sirm. mos est] moyses a ipsa HAO 17 discurre HA clericos... abbates BOV coram eis compareant Crab. præpararent a 18 exhiberi B nec ante relegione om. a, add. non postea B religioni B, religionis O 19 permittis H^aA, permittat B 20 add. ista post deinceps edd. excepta BV 21 parochias HV 22 communionem B venit V sequaestrari B. 40

1) Cf. Thom. P. III, l. 2, c. 8, num. 5. 2) Cf. Loening II, 476, n. 2; Hinschius IV, 826, n. 2. 3) Waitz, Deutsche Verfassungsgesch. II, 177, n. 1; cf. Loening II, 228, n. 1. 4) Cf. conc. Clipp. a. 626, aut 627. hab. c. 28; iunge Hinschius II, 7, n. 3; 618, n. 1. 2. 5) Cf. Thom. P. II, l. 3, c. 78, num. 5; Loening II, 359, n. 1; Hauck, Kirchengesch. Deutschlands p. 211, n. 4. 6) Cf. Hinschius IV, 797, n. 3. 7) Cf. Loening II, 730, n. 1. 45

statis seminas inter monachus et scandalum non generetur; verum tamen si quislibet abba sibi elegit successore, ipsi, qui elegitur, de facultatis ipsius monasterii ad regendum nullam habeat potestatem.

XIII. Ut nullus alterius clero retenere non praesumat, sicut priscis est canonibus statutum, nec ad sacrum ordinem sine voluntate episcopi sui penitus promovere¹.

XIV. De oratoria, que per villas fiunt. Nonnulli ex fratribus et coepiscopis nostris resedentibus nobis in sancta sinodo in queremonia detulerunt, quod oratoria per villas potentum iam longum constructa tempore et facultatis ibidem collatas ipsi, quorum villa sunt, episcopis contradicant et iam nec ipsus clericus, qui ad ipsa oratoria deserviunt², ab archidiacono cohercere permittant³. Quod convenit emendare, ita dumtaxat ut in potestate sit episcopi et de ordinatione clericorum et de facultatem ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria et officium divinum possit inplere et sacra libamina consecrare. Quod qui contradixerit, iuxta priscos canones a communione privetur⁴.

XV. Ut abbatis vel monachi aut agentes monasteriorum patrocinia secularia penitus non utantur⁵ nec ad principes presentia sine episcopi sui permesso ambulare non audiant. Quod si fecerint, a suis episcopis excommunicentur⁶.

XVI. Ut nullus episcopus neque presbyter vel abba seu diaconus per praemium ad sacrum ordinem amodo penitus non accedat. Quod qui fecerit, ab ipsa honore, qua praemii comparare praesumpserit, omnino privetur⁷.

XVII. Et quia multa per presumptione proveniunt, quae Deo minus placita et sacris canonibus videntur esse contraria, quae a sacerdotibus necesse est quoherere,

1 simitas B, semina OV monachos H^bBO et om. OV scandala OV non om. B generentur OV quilibet edd. 2 abbas AO successorum BO, successionem V ipso BO qui elegitur om. V elegitur] B, elegit HA, elegit O facultates OV, facultatis bus B regendam O.

4 clericum BOV non om. BOV 5 institutum Crab. post statutum repet. nec retinere praesumat a ordine A.

6 de om. A oratoriis BOV fiunt] B, fiuntur rel. 7 residentes om. v. nobis Crab. synodo BOV in om. Crab. querimoniam B, querimonias Crab. oratoriorum... constructorum

30 Crab. 8 longo B tempore] B, temporum H, tempora AOV facultates H^bBO, facultatum... collarum Crab. 9 villa] B, villas HAOV episcopis] apि HA, episcopi administrationi Crab. et iam aetiam O, ita ut Crab. nec] ne V ipso H^bOV, ipsas B clericos H^bBOV

10 deserviant O permittant scriptissimus cum Sur. Sirm., permittant codd. 11 sit om. V facultate BOV 12 ad] ab H officia B divinum scriptissimus cum edd., divina B, divinac

35 HAOV possint B impleri B 13 quod si quis edd. priscos H^bOV, priscas B a om. OV communo V.

14 patrocinis secularibus B, patrocinio seculari edd. 16 principis H^bB praesentiam

BO episcopi sui] B, episcopo suo HAOV permisum B 18 non om. AB quo O.

17 abba O, abbas V praemio OV 18 ordine A amodo] OV, amo HA, om. B non 40 om. B qui] si V ab om. edd. ipso honore quem B.

20 quia] qui HA per om. BV praesumptionem OV 21 quoherere] H, quoere

A, cohære B, coerces OV

1) Cf. conc. Aurel. a. 554. c. 7; iunge Hinschius I, 86, n. 1. 2) Cf. Hinschius II, 263, n. 4. 3) Cf. conc. Aurel. a. 541. c. 26; iunge Locning II, 338, n. 1. 4) Cf. Thom. P. I,

45 l. 2, c. 18, num. 4; P. II, l. 1, c. 30, num. 11. 5) Cf. conc. Aurel. a. 538. c. 12. 6) Cf. Locning II, 492. 7) Cf. conc. Aurel. a. 549. c. 10; conc. Turon. a. 567. c. 28 (27); Cointius, Annales ecclesiastici Francorum III, 175, num. XVIII.

ita sancta synodus instituit, ut nullus secularium nec in ecclesia nec infra atrium ipsius ecclesiae qualemcumque scandalum aut semaltatis penitus excitare non presumat nec arma trahere aut quecumque ad vulnerandum vel interficiendum penitus appetere. Quod si quis fortasse praesumpserit, ab episcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipse iuxta statuta canonum communione privetur.

XVIII. Licet generaliter ab omnibus catholicis vel Deum timentibus de die Dominico, quod est prima sabbati, convenit observare et, sicut in superioribus canonibus est statutum¹, non aliquid novi condentes, sed vetera renovantes instituemus, ut in ipsum die Dominico ruralia opera, id est arare, secare, messes metire, exartus facere vel quicquid ad rures cultura pertinet facere, nullus penitus non presumat. Quod qui inventus¹⁰ fuerit faciens, sub disciplina distinctionis omnimodis corrigatur².

XIX. Multa quidem eveniunt et, dum levia minime corrigitur, saepius maiora consurgunt. Valde omnibus nuscetur esse decretum, ne per dedicationes basilicarum aut festivitates martyrum ad ipsa solemnia confluentes obscina et turpea cantica, dum orare debent aut clericus psallentes audire, cum choris foemineis, turpia quidem, de-¹⁵ cantare videantur. Unde convenit, ut sacerdotes loci illos a septa basilicarum vel porticus ipsarum basilicarum etiam et ab ipsis atriis vetare debiant et arcere et, si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicaro debeant aut disciplinac aculeo sustinere³.

XX. Agapium vero et Bobone Diniensis urbis episcopos pro eo, quod ipsos contra²⁰ statuta canonum in multis conditionibus errasse vel delinquisse cognovimus, ipsos iuxta ipso tenore canonum ab omni episcopatus eorum ordine decrevimus regradare⁴.

1 sinodus *ABO* nullis *V* 2 qualemcumque *V* verbis aut simultates, quae ab alia manu addita sunt, textus finit *O* excitare] exercere *V* non om. *B* 3 qualemcumque *BV*
4 epis *H*, episo *AB* ubi om. *V* ipsi *V*, ipsa *HA*, om. *B*, ipso edd. 5 statuta om. *V* 25
excommunicatione *HA*.

6 chatholicis *B* add. vel ante de *H* de om. Sur. Sirm. dominica *V* 7 quod est] *BV*, quidam *H*, quidem *A* venit *V* observari *B* superioribus canonibus] *B*, superius (superioribus *V*) canonum *HAV* 8 aliqui *H*A* concedentes *B* ipso *B* ipsa dio dominica *V* 9 ruraria *HA* secare om. *Crab.* menses *H*, mesices *B*, menses *V* motere so *ABV* exactus *Crab.* 10 ruris culturam *B* nullus] ullus *B*, om. *V* non om. *B*.

12 et] quae edd. leviter om. v. minime *Crab.* ad maiora condescendunt *Crab.* 13 add. enim post valde edd. decretum ne *scripsimus*, decretum *codd.*, indecorum quod edd. 14 ad] ab *B* obscina—videantur] chorus foemineus turpia quidem et obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debent aut clericos psallentes audire *cdd.* obscina] obscena *V*, obscena *B* 15 clericos *AB* *BV* chorus] *B*, chorus *H*V*, chorus *A* foemineis] *B*, femaleis *V*, foemineus *HA* ev. turpia quidem haud scimus an *adnotatio vel additamentum antiqui ciuisdam librarii sint* 16 undo] ut de *H*A* ut] aut *B* sacerdotes correxiimus cum *cdd.*, sacerdotibus *cdd.* illos correxi- mus, illius *cdd.*, talia edd. septis *B* 17 porticibus *B* basilicarum om. *edd.* etiam et ab] *B*, etiam et in *V*, etiam in id *HA*, ac etiam ab *edd.* votare] *H*V*, etare *H*A*, votare 40 *B* debiant—excommunicare om. *V* archire *AV* 18 aste voluntario add. in *H*A*, id *B* aeule *B*.

Canon xx. om. *Crab.* 20 bobonem *BV* epis a, episcopis *V* 21 cananum *A* post canonum add.: ab omni episcopatus *V* conditionibus *A* 22 ipsum tenorem *B* ab omni. episc. om. *V* omnij *B*, omnibus *HA* episcopatus eorum] episcopatum Sur. Sirm. de- 45 gradare *B* post regradare add. explicit *V*.

1) Cf. conc. Antiss. c. 16 et conc. Aurel. a. 538. c. 31 (28). 2) Cf. Loening II, 458; Hinschius IV, 290, n. 3. 3) Cf. Hinschius IV, 832, n. 5. 4) Cf. Cointius III, 176, num. XXII; Hauck p. 364.

- Candericus episcopus ecclesiae Lugdunensis his constitutionibus subscripti.
 Landalenus ecclesiae Uienensis his constitutionibus subscripti.
 Audinus episcopus ecclesie Rotomensis his constitutionibus subscripti.
 Armentarius episcopus ecclesiae Soenonice his constitutionibus subscripti.
 Biturius Uulfleudus episcopus ecclesie his constitutionibus subscripti.
 Donatus episcopus ecclesie Uesonensis his constitutionibus subscripti.
 Rauraeus episcopus ecclesie Nuernis subscripti.
 Deodatus episcopus ecclesie Materconensis subscripti.
 Pappolus episcopus ecclesie Genuense subscripti.
 Palladius episcopus ecclesiae Autisioderensis subscripti.
 Feriolus episcopus ecclesie Agustodinensis subscripti.
 Bertoaldus episcopus ecclesie Lingonice subscripti.
 Audo episcopus ecclesie Aurilianensis subscripti.
 Malardus episcopus ecclesie Carnotine subscripti.
 Lousus episcopus ecclesie Trecasine subscripti.
 Aurilanus episcopus ecclesie Uencensis subscripti.
 Baudomeris episcopus ecclesie Tarantasensis subscripti.
 Protasius episcopus ecclesie Sidonensis subscripti.
 Insildus episcopus ecclesie Ualenciacensis subscripti.
 Clarus episcopus ecclesie Gracinopolitane subscripti.
 Gradus episcopus ecclesie Cabillonensis subscripti.
 Florentinus episcopus ecclesie Beliesensis subscripti.
 Aetherius episcopus ecclesie Ebredunensis subscripti.
 Magnus episcopus ecclesie¹.
 Item Betto episcopus ecclesie Trecastinensis subscripti.
 Potentissimus episcopus ecclesie Uappensis subscripti.
 Arrius episcopus ecclesie Lausonicensis subscripti.
 Claudus episcopus ecclesie Regensis subscripti.
 Licerius episcopus ecclesie Uindausensis subscripti.
 Petrunius episcopus ecclesie Uasiocensis subscripti.
 Bertofredus episcopus ecclesie Ambianensis subscripti.
 Elegius episcopus ecclesie Nouiomensis subscripti.
 Deocarius episcopus ecclesie Antepole subscripti.
 Leborius episcopus ecclesie Maurianensis subscripti.
 Chairibonus episcopus ecclesie Constantine subscripti.
 Amlacarius episcopus ecclesie Sagensis subscripti.
 Launobodis episcopus ecclesie Lixogensis subscripti.
 Ragnericus episcopus ecclesie Elbriocensis subscripti.
 Bettio episcopus ecclesie de Iulianona subscripti.
 Betto abba ad vicem Latino episcopo ecclesiae Toronice subscripti.
 Chaddo archidiaconus in vicem Sallappio episcopo ecclesiae Nannatice subscripti.

*Subscriptiones desiderantur OV, traduntur a. 1 lucdonensis B subscripti perscriptum est usque ad v. 7, postea sūb vel sub̄ abbreviatum H, sūb vel sub̄ semper abbreviatum est AB
 2 uiaenensis A 3 rotamensis B 4 saconice B 5 beturius uulfleudis B 6 uaeon-
 45 censis A 8 mataconensis corr. B 15 Leusi subscriptio desideratur B 19 ualentia-
 consis B 22 beliosensis B 23 aethericus B ebredunensis A 25 betto] A^b, betto H,
 berto A^a, beto B 35 constitutione B 38 aebriocensis AB 40 betto episc. eccl. toronice
 subsc. H 41 ecclesiis HA*

1) *Nomen ecclesiae in coll. desideratur.*

Germoaldus abba in vicem Audoberto episcopo ecclesiae Parasiaco subscripti.
 Paternus abba in vicem Felice episcopo ecclesie Limouicene subscripti.
 Chagnoaldus abba in vicem Chadoaldo episcopo ecclesie Cinnomanico subscripti.
 Bertolfus abba ad vicem Riotero episcopo ecclesie Rodonice subscripti.

I felice AB.

Epistula synodi ad Theudorium Arelatensem episcopum.

Domino semper peculiare suo Theudorio citus episcoporum, qui nuper est in Cabillonno cum Christi gratia adunatus.

Omnibus in veredica relatione perpatuit, quod etiam vos credimus non ignorasse, quod gloriosus dominus Chlodoueus rex in supra scripta urbe Cabillonno octavo kal. Novembbris senodale precepit esse concilio. Ubi omnes nos in basilica domini Vincenti pariter resedentes vestrum adventum, dum vos in propinquao, etiam in ipsa urbe esse audivimus, omnimodis prestolavimus. Datur intellegi pro qua re vos in ipso concilio non voluistis adesse, dum multa adversus vos et de indecente vita et excesso canonum, quod maxime condolemus, provulgata narrantur. Nam et scripta, qualiter vos constitit penitentia fuisse professus, vestra manu videmus et cum provincialium vestrorum manibus roborata. Unde vos credimus etiam legisse nec nos paenitus ignoramus, quod, qui publice penitentia profitetur, episcopale cathedra nec tenere nec regere potest. Propterea salutantis beatitudine vestre honorifice indecamus, ut usque ad alio sinodo de Arelatense sede, ubi vos constitit pontificale cathedra tenuisse, debeatis omnimodis abstenerem nec de facultate ipsius ecclesiae nihil ad vestra dominatione, dum in audiencia ante fratres conveniatis, penitus presumatis.

Haec epistula desideratur OV, traditur a. 7 theudorio] theodosio Sur. Sirm. coetus
B 8 in om., urbo add. post cabilono Sur. Sirm. 25
9 add. his ante omnibus Crab. in om. edid. etiam scripsimus, inter codd., nec edd.
non] B, et HA, om. edd. 10 chodeueus II supor H 11 concilium B omnibus nobis
qui edd. vincentii B 12 sedentes Crab. in propinquuo] propinquos Sur. Sirm. 13 pra-
stolati sumus edd. datur] B, datus HA, datos Crab. intellige Crab. 14 non voluistis]
noluistis Crab. et ante de] ut Crab. incepto H^aA add. do ante excessu Sur. Sirm.
15 promulgata Crab., perulgata Sur. Sirm. narrentur Crab. 16 paenitentiam B pro-
fessos B vestram B vidimus B provincialium B vestrarum HA 17 etiam corr.
cum Crab., tam HA, tamen B, iam Sur. Sirm. paenitus] B, penitentia HA 18 paenitentiam
B episcopalem cathedram B 19 salutantes beatitudini B beatitudinem vestram edd. indi-
camus Sur. Sirm. ut] B, et HA aliam B siendum B de et sede om. Crab. 20 con-
stitutis HA, constat edd. pontificalem cathedram B add. vos post debeatibus B nec] A, ne II. 21
et B 21 nichil B vestram dominationem B dum] donec edd. 22 conveniatis scripsimus
cum Sur. Sirm., coniungotis HA, coniungatis B, converteritis Crab. add. in fine: explicit a.

CONCILIUM BURDEGALENSE.

663—675.

*Exstat haec synodus in uno codice Albigensi 2 (nobis I) fol. 181 sic inscripta:
Canon Burdigalensis.*

*Primus in lucem eam protulit Pardessus, Diplomata II, 129 ex apographo, quod
Baluzius e codice supra laudato exscripsit; iterum edidit e codice ipso Maassen, Zwei
Synoden unter König Childerich II, p. 8.*

*Quo tempore synodus celebrata sit, nonnisi annis regis Childerici, cuius 'per iusso-
rium' congregata est, definiti potest¹. Sub Childerico II. eam habitam esse inde colligitur,
quod Adus episcopus Biluricensis, qui subscriptus est, eo regnante vixit.*

In sanctae Trinitatis nomine. Cum in diocesim Burdigalensem Modogarnomo castro
super fluvio Garonna per iussorium gloriose principis Childerici regis convenissemus
et ibidem in ecclesia sancti Petri apostoli cum provinciales Acutanis pro statu aec-
clesiae vel stabilitatem regni fuissemus adunati ibique multa contraria contra statuta
patrum vel canonica auctoritate inventa sunt, eo quod clerici per contumacia propriis
episcopis dispicerint et secularem abitum et adhuc, quod peius est, amplius quam
secularis diversa contraria agerent, ibidem decretum est secundum statuta patrum:

I. Ut abitum concessum clerici religiose habitare debeant et nec lanceas nec alia
arma nec vestimenta secularia habere nec portare debeant, sed secundum quod scrip-
tum est: *Non in gladium suum possidebunt terram et brachium eorum non liberabit* ^{Ps. 43, 4.}
eos, sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultus tui, statutum est, ut, qui
post hanc definitionem hoc agere aut adtentare presumserit, canonica feriatur sententia².

II. Similiter presbyteri, diaconi aut quicunque ex clero seculari mundeburdo,
vel familiare est, nisi cum convenientia episcopi³, cum caritatem, dilectionem, absque
contumacia episcopi ausus fuerit ordine temerario habere, simili sententia subiaceat⁴.

12 principis cod. 17 est] et cod.

18 1 om. cod. ut] et cod. concessum] incessum cod. 22 canica cod.

24 convenientia cod.

1) *De ratione computandi annos regis Childerici* vide Krusch, *Forsch. z. deutschen Gesch. XXII,*
²⁰ 479; Havel, *Questions Méror. III, 10.* 2) Cf. conc. Matise. a. 683. c. 5. 3) Cf. Waits,
Deutsche Verfassungsgesch. II, 196, n. 3; 197, n. 2. 4) Cf. conc. Cabil. a. 639—654. c. 16;
Locning II, 493.

III. De subintroductis vero mulieribus² episcopus aut abba aut quicunque ex ordine sacro contra antiqua patrum statuta, nisi quod continent canones, vel in deinceps habere praesumserit, ipsa canonica sententia iudicetur³.

cr. Ephes. 6,20.

IV. Episcopi vero, qui, ut scriptum est, quasi caput ecclesiae praeminent et, ut beatus Hieronimus scripsit, sicut apostoli esse debeant, formam talem ecclesiis ostendat, ut ipsi diligent clero et ipsi diligentur a clero et formam sint fidelium concessum habitum, conversatione, in verbo, in obedire; in omni modoque eo, quod seculare est, omnibus postposito teneant religionem; et, sicut dicit apostolus, veram talem formam et religionem teneant, ut et stabilitas regni per eos debeat stare et salus populi, sicut decet, per eos debeat Domino auxiliante durare. Et si contra ordine canonico aliquid adtemtare praesumserint, canonica sententia se noverint esse cohæcendos.

